

Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

Gregor <I., Papst>

Lutetia Parisiorum, 1675

Super Evangelium Secvndvm Ioannem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75090](#)

nem. Caro quippe juxta naturam, sicut scriptum A est, *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.* Et, *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* De carne vero juxta culpam, scriptum est: *Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, eo quod caro sunt.* Et sicut Psalmista ait, *Memoratus est, quia caro sunt, spiritus eadens, & non rediens.* Unde & discipulis Paulus dicebat: *Vos autem in carne non estis, sed in spiritu.* Neque enim in carne non erant, quibus Epistolas transmiserat; sed quia passiones carnalium desiderium vicerant, iam liberi per virtutem spiritus in carne non erant. Quod ergo Paulus Apostolus dicit: *Quia caro, & sanguis regnum Dei possidere non possunt: carnem vult secundum culpam intelligi, non secundum naturam.* Unde & mox, quia carnem secundum culpam diceret, ostendit subdicens: *Neque corruptio incorruptelam possedit.* In illa ergo cœlestis regni gloria caro secundum naturam erit, sed secundum passionis desideria non erit: quia, devicto mortis aculeo, in æterna incorruptione regnabit. Quibus dictis, idem Eutycius consentire se protinus respondit, sed tamen adhuc corpus palpabile resurgere posse denegabat. Qui etiam in libello, quem de resurrectione scriperat, Pauli quoque Apostoli testimonium indiderat dicentis:

*Gen. 2.
Ioan. 1.*

*Gen. 6.
Pf. 77.*

1. Cor. 15.

Quod tu seminas, non viviscatur, nisi prius moriatur: & quod seminas, non corpus, quod futurum est, seminas, sed nudum granum. Hoc nimur ostendere festinans: quia caro vel impalpabilis, vel ipsa non erit, dum sanctus Apostolus de resurrectionis agens gloria, non corpus, quod futurum est seminari dixerit; sed ad hæc citius responderetur. Paulus Apostolus dicens: *Non corpus, quod futurum est, seminas, sed nudum granum,* hoc insinuat, quod vidimus: quia granum cum culmo, & foliis nascitur, quod sine culmo, & foliis seminatur. Ille itaque in augmento gloriae resurrectionis, non dixit, grano seminis deesse, quod erat; sed adesse, quod non erat: iste autem dum verum corpus resurgere denegat, nequaquam dicit adesse quod debeat; sed deesse, quod erat. Tunc itaque de hac re in longa contentione perduicti, gravissima à nobis corporis simulatione resilire, cùm pia memoria Tiberius Constantinus Imperator secreto me, & illum suspiciens, quid inter nos discordie versaretur, agnovit, & utriusque partis allegationem penfans, cundem librum, quem de resurrectione scriperat, suis quoque allegationibus defruens, deliberavit ut flaminis cremari debuisse. A quo ut egressi sumus, mæritudo valida, eundem vero Eutycium ægritudo & mors protinus est secta. Quo mortuo, quia pend nullus erat, qui ejus dicta sequeretur, dissimulavi cœpta persequi, ne in favilla viderer verba jaculari. Dum tamen adhuc viveret, & ego validissimis febribus ægrotarem, quinque nocti mei ad eum salutationis causa pergebam, ut ex eorum relatione cognovi, ante eorum oculos pellem manus suæ tenebam, dicens: *Confiteor, quia omnes in hac carne resurgentem.* Quod sicut ipsi fatebantur, omnino prius negare consueverat. Sed nos ista postponentes, & Redemptoris nostri post resurrectionem corpus palpabile veraciter credentes, fatemur carnem nostram post resurrectionem futuram, & eandem, & diversam: eandem per naturam, diversam per gloriam: eandem per veritatem, diversam per potentiam. Erit itaque spiritualis, quia & incorruptibilis: erit palpabilis, quia non amittere essentiam naturæ veracis. Sunt autem plerique, qui post resurrectionem, extremum esse judicium verbottenus sciunt, sed agendo perverse testantur, quia nesciunt. Qui enim hoc non formidat, ut debet, nec dum cognovit, cum quanto turbine terroris adveniet. Si enim pensare tremendi pondus examinis nosset, ira diem utique timendo præcaveret, & animadversionis districtus intentia in priusquam appareat, placaret. Vitati

namque terror judicis, non nisi ante judicium potest: modò non cernitur, sed precibus placatur. Cùm vero in illo tremendo examine fuderit, & videri potest, & placari jam non potest: quia facta pravorum, qua diu sustinuit tacitus, simul omnia reddet iratus. Unde necesse est nunc timere judicem, cùm needum judicium exercet, cùm diu mala sustinet, cùm adhuc mala tolerat, qua videt: ne cùm semel manum in retributionem ultionis excusserit, tantò districtus in judicio feriat, quantò ante judicium diutius expectat Jesus Christus Dominus noster, qui cum Patre, & Spiritu sancto vivit, & regnat per omnia æcula seculorum. Amen.

Finis Expositionis super Evangelium Luca.

INCIPIVNT

CAPITULA DE EVANGELIO

SECUNDVM IOANNEM.

- 1 *In principio erat Verbum.*
- 2 *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccati mundi.*
- 3 *Super quem videris spiritum descendenter, & manentem.*
- 4 *Vidit Iesus Nazanaëlem venientem ad se.*
- 5 *Implete hydrias aqua.*
- 6 *Nisi qui renatus fuerit ex aqua, & spiritu, non potest, &c.*
- 7 *Spiritus ubi vult spirat, & vocem ejus audis, sed nescis, &c.*
- 8 *Nemo ascendit in celum, nisi qui descendit de calo.*
- 9 *Pater omne judicium dedit filio.*
- 10 *Qui habet sponsam, sponsus est.*
- 11 *Non quero voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me.*
- 12 *Iesus cùm cognovisset, quia venturi essent, ut raperent eum, &c.*
- 13 *Queritis me, non quia vidistis signa.*
- 14 *Eum, qui venit ad me, non ejiciam foras.*
- 15 *Flumina de ventre ejus fluent aquæ vive.*
- 16 *Qui sine peccato est, primus in illam lapidem mittat.*
- 17 *Rabbi, quis peccavit, hic, aut parentes ejus?*
- 18 *Lutum fecit ex sputo.*
- 19 *Omnis, qui facit peccatum, servus est peccati.*
- 20 *Si vos filius liberaverit, verè liberi eritis.*
- 21 *Vos ex patre diabolo estis.*
- 22 *Qui non intrat per ostium in ovile ovum, fur est, &c.*
- 23 *Si quis per me introierit, salvabitur.*
- 24 *Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam.*
- 25 *Facta sunt encænia Hierosolymis, & hiems erat.*
- 26 *Lazare, veni foras.*
- 27 *Et clarificavi, & iterum clarificabo.*
- 28 *Hac dixit Iсаias, quando vidit gloriam.*
- 9 *Qui mihi ministrat, me sequatur.*

2

- 30 Si exaltatus fuero à terra, omnia traham, &c.
 31 Dominus lavit pedes discipolorum.
 32 In hoc cognoscet omnes, quia discipuli mei efsis, si dilectionem habueritis.
 33 In domo Patris mei mansiones multe sunt.
 34 Ego rogabo Patrem, & alium paracletum.
 35 Qui diligit me, diligerat à Patre meo.
 36 Si quis diligit me, sermonem meum servabit.
 37 Pacem reliquo vobis, pacem meam do vobis.
 38 Item unde suprà.
 39 Venit enim princeps mundi hujus, & in me non habet quidquam.
 40 Sine me nihil potestis facere.
 41 Vos amici mei efsis, si feceritis que precepio vobis.
 42 Cum venerit paracletus.
 43 Si non abiero, paracletus non veniet.
 44 Amen dico vobis, quia plorabitis.
 45 Si quid petieritis Panem in nomine meo, dabit vobis, &c.
 46 Palam de Patre annunciaro vobis.
 47 Iesus processit, & dixit: Quem queritis?
 48 Adducitur Iesus ad Pilatum.
 49 Iesus non respondit Pilato.
 50 Non haberes in me potestatem, nisi, &c.
 51 Dominus à Iudeis crucifigitur.
 52 Dominus Iesus emit spiritum.
 53 Oportebat Christum resurgere à mortuis.
 54 Tulerunt Dominum meum.
 55 Cum foras essent clausæ, ubi erant discipuli.
 56 Accipite Spiritum sanctum.
 57 Venite, & prandete.
 58 Simon Ioannis amas me?
 59 Cum senueris, extendes manus tuas, & alias te cinget.

INCIPIT EXPOSITIO
SUPER EVANGELIUM
SECUNDVM IOANNEM.

CAPUT I.

Ivan. 1. 4. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil.

*D*e divina & eterna generatio-
ne. *In expos. B.* *1ob. l. 23. c.* *19.* *1ob. 33.* *E*us Pater omnipotens Unigenitum consubstantiale sibi filium genuit: sicut beato Job Heliu subtiliter loquens, dicit: *Semel loquitur Deus, & secundo id ipsum non repetit:* Hoc intelligi subtilius potest, quod Pater unigenitum consubstantiale sibi filium genuit. Loqui enim Dei, est Verbum genuisse. Semel autem loqui, est verbum aliud præter unigenitum non habere. Unde & aptè subditur: *Et secundo id ipsum non repetit:* quia videlicet hoc ipsum Verbum, id est, filium, non nisi unicum genuit. Hinc Joannes unum tantum verbum expressit. Quod autem non ait: *In*

A principio fuit Verbum, sed, erat: non videlicet tempus præteritū absolute ponens, liquet omnibus: quia Deo tempus nec præteritum congruit, nec futurum. Tantò igitur in eo, quodlibet tempus ponitur liberè, quanto nullum licet verè. Neque enim quodlibet poterat dici liberè, si saltem unum dicetur propriè. Inde itaque dici in Deo tempus audacter quodlibet licet, unde in eo dici propriè nulluna licet. Verbum namque Pater sine tempore genuit. Et quis dignè fari queat, illam ineffabilem nativitatem, quod à eterno natus est coeternus, quod existens ante faculta genuit aequalē, quod gignente natus posterior non est? Quæ videlicet nos mirari possumus, sed intueri minimè valemus: illius verò nativitatis vim jam mirari posse aliquatenus, videre est: sed quomodo videmus quod nequaquam comprehendimus? Est autem, quod de carnis usu trahere ad sensum spiritus debemus. Nam si quis in tenebris clavis oculis jacat, & ante eum subitum lucernæ lumen erumpat, clavis oculi ipso adventu luminis feriuntur, ut perficiant. Cur ergo turbati sunt, si nihil clavis videunt, nec tamen perfectum aliquid fuit, quod videare clavis potuerunt? Nam si perfectè totum vident, cur aperte querent, quod viderent? Sic itaque, sic sumus, cum de incomprehensibili nativitate intueri aliquid conatur. Eo ipse enim, quod admirationis fulgore percutitur animus, & quasi videt quod vide non valet, velut in tenebris positus, vim lucis oculis clavis vider: divinæ quippe naturæ secreta admiratio, non facile occupatis per terræ desideria mentibus innoteat. Sed apertissime dixit: *Erat, aliquid perfecti, & praesens involvens, quia unigenitus Filius, idem Verbum Patris, & perfectione natus dicitur, & pro aeternitate semper nasci prohibetur.* In eo enim, quod perfectum Verbum genuit, & locutus est Pater: in eo quod semper gignit, utique loquitur: quavis hoc, quod perfectum diximus, propriè non dicamus: neque enim quod factum non est, propriè dicitur esse perfectum, sed ejus plenitudinem per quandam angustiam nostræ locutionis exprimimus. Solerter autem intuendum est, quod quedam similitudines de insensatis rebus aliquando dicantur in Deo propter effectum operis, aliquando autem ad indicandam ejus substantiam maiestatis. Nam, cum in *1ob. l. 32. c. 63.* *In expos. B.* Deo oculus, scapula, pes, nominantur: effectus quidam operationis ostenditur. Cum verò manus, brachium, dextera, vox, vel verbum in Deo dicitur, per hæc vocabula consubstantialis ei Filius demonstratur. Ipse quippe manus est, & dextera: de cuius ascensione per Moysen Pater loquitur, dicens: *Tollam in 1sa. 53. calum manum meam, & jurabo per dexteram meam.* Ipse brachium, de quo Propheta ait: *Et brachium Domini cui revelatum est: Ipse vox & verbum, quia cum Pater gignendo dixit, & de quo Joannes scripsit: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Per quod Verbum fecisse Parrem omnia David affirmit dicens: *Dixit, & facta sunt.* *Ps. 148.*

CAPUT II.

Ecce Agnus Dei.

Ioan. 1. d. *A*liquando prophetæ spiritus ex praesenti animum tangit, & ex futuro non tangit, sicut Joannes venientem videns Dominum ait: *Ecce Agnus Domini, ecce qui tollit peccata mundi.* Sed cum jam moriturus esset missis discipulis, requirebat dicens: *Tu es, inquit, qui venturus es, & alium expectamus?* In quibus verbis ostenditur, quia in terris quidem venisse Redemptorem noverat, sed an per semetipsum ad aperienda inferni claustra descendere, dubitabat. Ex praesenti ergo prophetæ spiritu tactus fuerat, qui humanitatem Mediatoris videns, & divinitatem ejus intelligens, confitebatur agnum, qui peccata mundi tolleret: sed tactus ex futuro non fuerat, quia adventum illius in inferno nesciebat.

CAPUT III.

Ioan. 1. c. Super quem videris spiritum descendenter, et manentem.

De donis
spiritus
sancti.

In exp. B.
Iob. 4. 2. c. 28.

DOnas sancti Spiritus prophetiae scilicet, genera linguarum, & virtutes curationum non semper eodem modo sunt in mente eorum, quibus dantur: quoniam ne se mens in presumptione elevet, utiliter aliquando subtrahuntur. Unde bene in Evangelio scriptum est: *Super quem videris spiritum descendenter, et manentem super eum, hic est qui baptizat.* In cunctis fidelibus Spiritus venit, sed in solo Mediatori singulariter permanet: quia ejus humanitatem nunquam defuerit, ex cuius divinitate procedit. In illo igitur manet, qui solus, & omnia, & semper potest. Nam fideles, qui hunc accipiunt, cum signorum dona habere semper, ut volunt, non possunt, hunc se accepisse, quasi in transitu ostensione testantur. Sed cum rursum de eodem Spiritu veritatis ore discipulis dicitur: *Apud vos manebit, & in vobis erit*, quid est quod divina voce Mediatoris signum hoc, eadem sancti Spiritus mansio declaratur, cum dicitur: *Super quem videris spiritum descendenter, et manentem super eum?* Si igitur juxta Magistri vocem & in discipulis manet, quomodo singulare jam signum erit, quod in Mediatori permanet? Quod tamen citius cognoscimus, si dona ejusdem spiritus discernamus. Alia namque sunt dona illius, sine quibus ad vitam nequaquam pertingitur: alia, quibus vita sanctitas pro aliorum utilitate declaratur. Manu facta namque, humilitas, patientia, fides, spes, caritas, dona ejus sunt: sed ea, sine quibus ad vitam homines pervenire nequaquam possunt: Prophetiae autem, virtus curationum, genera linguarum, interpretatio sermonum, dona ejus sunt; sed quae virtutis ejus praefentiam pro correctione intuentum ostendunt. In his igitur donis, sine quibus ad vitam perveniri non potest, Spiritus sanctus, sive in prædicatoribus suis, seu electis omnibus semper manet: in illis autem, quibus per ostensionem illius non nostra vita servatur, sed aliorum queritur, nequaquam in prædicatoribus semper permanet: quia semper quidem eorum cordi ad bene vivendum præsidet, nec tamen per eos virtutum signa semper ostendit, sed aliquando se eis a signorum ostensionibus subtrahit: ut eò humilius virtutes ejus habeantur, quòd habere teneri non possunt. Mediator autem Dei & hominum, homo Christus Jesus, in cunctis eum, & semper, & continuè habet præsentem: quia & ex illo idem spiritus per substantiam profert. R eccl ergo, & cum in sanctis prædicatoribus manet, in Mediatori singulariter manere perhibetur: qui in istis per gratiam manet ad aliquid, in illo autem per substantiam manet ad cuncta. Sicut enim corpus nostrum sensum tantummodo taetus agnoscit, caput autem corporis simile omnium quinque sensuum possidit, ut videat, audiat, gustet, odoretur, tangat: ita membra superni capitis in quibusdam virtutibus emicant, ipsum vero caput in cunctis virtutibus flagrat. Diffimiliter ergo Spiritus in illo manet, à quo per naturam nunquam recedit. Dona vero ejus, quibus ad vitam tenditur, sine periculo amitti non possunt: dona autem, quibus vita sanctitas demonstratur, plerumque, ut dictum est, sine dispenso subtrahuntur. Illa ergo pro nostra eruditio tenenda sunt, haec pro alienis profectibus exquirenda. In illis nos terreat formido, ne percantur istis autem ad tempus aliquando sublati consolentur humilitas: quia ad elationem mentem fortasse sublevant. Cum igitur concessa nobis virtutum signa subtrahuntur, tunc vere offendimus, quoniam accepta recte tenuimus, cum profecto aequanimiter ad momentum sublata toleramus.

Ibid. c. 29.

1. Tim. 2.

A

CAPUT IV.

Ioan. 1. c. Vedit Iesus Nathanael venientem ad se, *et dicit de eo: Ecce verus Israëlite, in quo dolus non est.*

Unigenitus Dei filius ad redemtionem nostram veniens, & suos contra mundi superbiam prædicatores mittens, relictis sapientibus, insipientes: relictis fortibus, debiles: relictis divitiis, pauperes elegit, & prædicatores infirmos abjectosque, qui potentes quoque, & fideles populos colligerent, habere studuit. Hinc est quid Nathanael laudat, nec tamen in sorte prædicantium numerat: quia ad prædicandum eum tales venire debuerant, qui de laude propria nil habebant; ut tanto solidius veritatis cognosceretur esse quod agerent, quantò & aperte cerneretur, quia ad hoc agendum per se idonei non fuissent. Ut ergo mira potentia per prædicatorum linguis clareceret, prius mirabilius actum est, ut corundem prædicantium meritum nullum esset. *Quod autem Nathanaeli dicens, unde me nōs?* Respondit Iesus: *Prinquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te; sciendum quod videre ibi ponitur pro eligere. Sub ficu vidi te, id est, possumus te sub umbra legis elegi.*

C

CAPUT V.

Implete hydrias aqua.

Ioan. 1. c.

Præcepta sacra Scripturæ, quæ perfectioribus spiritualiter dicuntur, infirmis juxta litteram riſcipi congruant: & ipsa, quæ parvuli juxta litteram in turarum telligunt, docti per spiritualem intelligentiam alterius percipiunt. Quem non parvulorum ipsa Evangelica historia in miraculi operatione reficiat, quid hydrias vacuas Dominus aquâ impleri præcepit, eandemque aquam protinus in vinum vertit? Sed cum haec ingenio vigiliores audiunt, & sacram historiam credendo venerantur, & quid interius innuat, requirunt. Qui enim mutare aquam in vinum potuit, etiam vacuas hydrias vino statim replevit. Sed impleri hydrias jubet aquâ, quia per sacram lectionis historiam, corda nostra prius sunt replenda. Et aquam nobis in vinum vertit, quando ipsa historia per allegoriam mysterium in spiritualem nobis intelligentiam commutatur. Sacra igitur Scriptura parvulis humili sermone concordat, & tamen magis spiritali infundens eos altius levat.

CAPUT VI.

Nisi quis renatus fuerit ex aqua; et Spiritu sancto.

Ioan. 3. 4.

E nonnulli prius à præsenti luce subtrahuntur, quam ad promerenda bona, malave merita vice activæ perveniant. Quos quia à culpa originis facta, sacramenta salutis non liberant, & hic ex proprio milie in exp. B. egerunt, & ad tormenta eterna perveriunt. Quis, 1. ob. 1. 4. 3. quis enim regenerationis unda non solvit, reatu primi vinculi ligatus tenetur: quod vero apud nos valet aqua baptismatis, hoc egit apud veteres, vel pro parvulis sola fides, vel pro majoribus virtus sacrificii, vel pro his, qui ex Abraham stirpe prodierant, mysterium circumcisionis. Nam quia unusquisque cum primi parentis culpa concipitur, Propheta testatur, dicens: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus fui.* Et quia is, quem salutis unda non diluit, originalis culpa supplicia non amittit, aperte per se metipsum Veritas perhibet, dicens: *Nisi quis renatus*

Yob. 23. fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non habebit vitam aeternam. Perpetua igitur tormenta percipiunt, etiam qui nihil ex propria voluntate peccaverunt. Non enim mundus in conspectu Dei, nec unius diei infans super terram: & qui nullum proprium adjungit, ex solo originali peccato damnatur. Sub divina quippe distinctione justum est, ut propago mortalitatem, velut fructuosa arbor, etiam in ramis servet amaritudinem, quam traxit ex radice.

CAPUT VII.

Spiritus ubi vult spirat.

Ioan. 3. 4. De incomprehensibili spiritu infinito. **C**um peccatorum incuria, negligentiaque tormentum respectus divinae gratiae subito pavore percussit, excitat ipsam vocem supervenientis Spiritus, qua se in aurem cordis insinuat, nec ipsa mens, qua per hanc illustrata fuit, investigat. Penitentia enim non valeret invisibilis virtus, quibus sibi meatibus inflata, quibus ad se modis veniat, quibus recedat: unde bene per Joannem dicitur: *Spiritus ubi vult spirat, & vocem ejus audis, sed non sis unde venias, & quo vadat.* Vox Domini auditur, cum gratia ejus aspiratio mente concipitur, cum insensibilitas occultae surditatis rumpitur, & cor ad studium summi amoris excitatum virtutis intimam clamore penetratur. Vocem enim Spiritus audire, est vim compunctionis intima in amorem invisibilis Conditoris assurgere: sed nemo scit unde veniat: quia ignoratur per ora predicantium, quibus ad nos occasionibus fundat. Et nemo scit quid vadat, quia cum unam prædicationem multi audiunt, intelligi proculdubio non potest quem deferens abiciat, & cuius ingrediens in corde requiescat. Una quippe res foris agitur, sed non per hanc uno modo intentuum corda penetrantur: quia qui invisibiliter visibilis modifical, in humanis cordibus causarum somnia incomprehensibiliter plantat. Hinc est quid resuscitato Lazaro, multi crediderunt, sed tamen Iudeorum plurimi ad persecutionem zelum ex hac ipsa resuscitatione commoti sunt. Unum igitur idemque miraculum, quod aliis lumen fidei praebuit, alios per invidiam tenebras a lumine mentis excavavit. Hinc est quid uterque latro, & eandem, & suæ morti similem mortem Redemptoris vidit, sed cam superbiendo alter contumelias lassere non timuit, quem timendo alter honoravit, & in una re, una utriusque cogitatione non fuit: quia hanc internus arbitrari invisibiliter modificando distinxit. Modi igitur occulte aspirationis nostra cogitatione deinceps comprehendendi, & aspiratio divinae gratiae quibus modis se infundat, nequaquam ipsis acie mentis comprehenditur, cuius ad melius intentio commutatur.

CAPUT VIII.

Ioan. 3. 6. Nemo ascendit in celum, nisi qui de celo descendit.

*E*n domino noster Jesus Christus, qui propter nos de glorificatione corporis Christi. **D**ominus noster Jesus Christus, qui propter nos minor Angelis exitit, aequaliter nos Angelis virtute sua minorationis fecit. Unde & moriendo docuit mortem non metu, resurgendo de vita confidi, ascendo de caelis patriæ hereditate gloriari: ut quo caput præcessit conspiciunt, illuc se subsequi, & membra gravulentur. Unde bene ab eodem nostro capite dicitur: *Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & Aquila;* unde Paulus dicit: *Sicut enim quoniam si terrestris dominus nostra bujus habitations disolvatur, quod edificationem ei Deo habemus, dominum non manifaciam aeternam in celis.* Sed si nos quoque, qui editi sumus in terra, celum descendimus, ubi est quod rursus Veritas dicit: *Nemo*

*A*scendit in celum, nisi qui de celo descendit, filius hominis, qui est in celo. Cui nimurum sententia statim obviat quod haec eadem Veritas dicit: *Pater volo, ut ubi ego sum, & illic sint mecum.* Quod sibi in verbis suis non discrepat, sed ad inquirenda haec quasi discordantia studium nostrum mensis inflamat. Omnes enim nos, quia in ejus fide natu sumus, ejus proculdubio corpus existimus. Quia igitur mira dispensatione pietatis membrorum suorum caput Dominus factus est, repulsa reproborum multitudine solus est etiam nobiscum. Nemo ergo ascendit in celum, nisi qui descendit de celo, filius hominis, qui est in celo: quia dum nos unum cum illo jam facti sumus, unde solus venit in se, illuc solus reddit etiam in nobis. Et is, qui in celo semper est, ad celum quotidie ascendit: quia divinitate super omnia permanet, humanitatis sua compage se quotidie ad celos tradit. Non ergo le desperet humana fragilitas, Unigeniti sanguinem consideret, & in pretio suo conspiciat, quam magna est, quam tanu valet. Perpendat sollicitus, quod caput præcessit, & quod ad vivendum præceptis astringitur, ad sperandum exemplo roboratur. Confidat celos, speret supernam patriam, Angelorum se sociam faciat, & in suo capite se prælatam etiam Angelis gaudeat.

CAPUT IX.

Pater non judicat quemquam, sed omne *Ioan. 3. 4.* *judicium dedit filio.*

Sicut adhuc timenti populo lex est transmissa per *scriptum, sic diligentibus filiis Evangelij gratia est* *De Christo* *collata per Dominum. Ipse quippe ad redemptio-* *judge no-* *rem nostram veniens, novum nobis testamentum* *In exp. B.* *condidit, sed de ejusdem nos testamenti mandato* *lob. 1.22. c.* *discutiens, quandoque etiam iudex venit.* Erit ergo *19.* *tunc auctor iudicij, qui nunc est conditor Evangelij,* *ut tunc districtus exigat, quod modo mansuetus* *judece no-* *judicet, & imperat. Sic namque quotidie conspicimus, quod magistri pueris elementa litterarum blandientes imponunt, sed haec ab eis levientes exigunt,* *& quod dant cum mansuetudine, exquirunt cum verbera. Blanda namque nunc consonant eloquij divini mandata, sed erunt aspera in actione sentienda.* *Mansuetus modo est admonitio vocantis, sed tunc* *districta ventura est iustitia Judicis, eo quod certum* *est, quia nil vel minimi mandati in discussione praetereat, quo videlicet constat, quia ipse dedit Evangelium qui iudicat.* Hinc est quod ipsa per se Veritas dicit: *Pater non judicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio.*

CAPUT X.

Qui habet sponsam, sponsus est.

Ioan. 3. 4.

*B*eatissimi Baptista Joannis esse sponsam populi sanctam Ecclesiam credebant, qui hunc, quia Christus esset, existimabant. Sed ipse ait: *Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat, & homini in auditum, gaudio gaudet propter vocem sponsi; hoc* *Evang.* *autem gaudium meum impletum est.* Ac si diceret: *principale.* Ego sponsus non sum, sed amicus sponsi sum. Nec propter vocem suam, sed in sponsi voce gaudere se perhibebat: quia non ideo latabatur in corde, quoniam humilius a populis audiebatur loquens, sed quia ipse Veritatis vocem audiebat intus, ut loqueretur foris. Quod bene gaudium impletum dicit: quia quisquis de sua voce gaudet, plenum gaudium non habet, a quo & subditur: *Illum oportet crescere, me autem minui.* Quia in re querendum est, in quo Christus crevit, in quo minutus est Joannes: nisi quod populus Joannis abstinentiam vident, remotum hunc ab omnibus esse conspiciens, eum

esse Christum putabat: Christum vero cum publi-
canis comedentem, inter peccatores ambularem
intuens, eum non Christum, sed Prophetam esse
credebat. Sed dum per acceſsum temporis, & Chri-
ſtus, qui Prophetā effe putabatur, Christus agnitus
est: & Joannes, qui Christus effe credebatur, Pro-
phetā effe innotuit, impletum est quod de Christo
Iūs Præcursor prædixit: Illum oportet crescere, me
autem minui. In estimatione quippe populi, & Chri-
ſtus crevit, quia agnitus est quod erat: & Joannes
decrevit, quia cœſlavī dicit, quod non erat.

CAPUT XI.

Ioan. 5. c. Non quero voluntatem meam, sed volunta-
tem ejus, qui misit me, Patis.

De fran-
genda vo-
luntate
propria.
Cura Patr.
p. 3. c. 19.

Pertinaces plus de se, quam sunt sentiunt, & idcirco alienis consilii non acquiescent. Nisi enim meliores se ceteris estimarent, nequaquam cunctorum consilia sua deliberatione postponerent. Pertinacia quippe generatur ex superbia; pertinaces igitur elationem lux cognitionis agnoscant, & semetiplos vincere studeant: ne dum aliorum rectis suasionibus foras superari despiciunt, intus à superbia captivi teneantur. Solerter etiam aspiciant, quia filius hominis, cui una semper cum Patre voluntas est, ut exemplum nobis frangendi nostram voluntatem præberet, dicit: *Non quero voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me, Patis.* Qui, ut hujus adhuc virtutis gratiam commendaret, servaturum se hoc in extremo iudicio præmisit, dicens: *Non possum ego à me ipso facere quidquam, sed sicut audio, judico.* Quia itaque conscientia designatur homo aliena voluntati acquiescere, quando Dei atque hominis filius cum virtutis sua gloriā venit ostendere, testatur se non à semetiplo judicare?

CAPUT XII.

Ioan. 6. b Iesu cùm cognovisset, quia venturi essent,
ut raperent eum, & cetera.

De fugien-
do honoris
culmine.
Cura Patr.
par. 1. c. 3.
m. princ.
Tac. 3.
Ioan. 6.

NE temerare sacra regimina quisquis impar est, nadeat, & per concupiscentiam culminis du-
catum suscipiat perditionis, Jacobus p̄iē prohibet
dicens: *Nobis plures magistrari, fratres mei.* Hinc ipse Dei hominumque Mediator regnum percipere D
vitavit in terris, qui supernorum spirituum quoque
scientiam, sensumque transcendentis, ante secula re-
gnat in celis. Scriptum quippe est: *Iesu cùm cognovisset, quia venturi essent, ut raperent eum, & fa-
cerent eum regem, fugit in montem ipse solus.* Quis enim hominibus principari tam fine culpa potuisse-
set, quam is, qui nimis nos regeret, quos ipse creaverat? Sed quoniam idcirco in carne apparuit, ut non solum nos per passionem redimeret, verum etiam per conversationem doceret, exemplum se sequentibus præbens, rex fieri noluit. Ad crucis vero patibulum sponte pervenit, oblatam gloriam cul-
minis fugit, pœnam probroſa mortis appetit, ut membra ejus videlicet different favores mundi fugere, terrores minimè timere, pro veritate adversa diligere, prospera formidando declinare: quia &
ista ſepe per tumorem cor inquinat, & illa per do-
lorem purgant: in ipsis ſe animus erigit, in illis au-
tem, etiam quando ſe exeret, sternit: in ipsis ſe homo obliuiscitur, in illis vero ad ſuī memoriam nolens etiam coactusque revocatur.

CAPUT XIII.

*Queritis me, quia manducatis de
panibus.* *Ioan. 6. c.*

IN Scriptura sacra panis aliquando ipse Dominus De his qui accipitur, sicut ipse in Evangelio dicit: *Ego sum facios opem vivus, qui de celo descendit.* Aliquando per diues pro panem gratia doni spiritualium accipitur, sicut de sancta Ecclesiæ per David Dominus dicit: *Pauperes ejus querunt, saturabo panibus:* quia in illo posite mentes humiliū, spiritualium implentur refectione donorum, *In expof. 8.
Iob. 1. 23. c.* Aliquando per panem subsidiū vita praesentis accipitur, sicut ipse in Evangelio Dominus turbis sequentibus dicit: *Queritis me, non quia vidiſſiſſi
Iob. 1. 23. c.
Pſalm. 13.* *gnata: sed quia manducatis de panibus,* & saturati effis. De septem enim panibus fuerant satiati. Et per eorum personam Dominus illos intra sanctam Ecclesiæ detestatur, qui per facios ordines ad Dominum propinquantes, non in eisdem ordinibus merita, sed subidia vita praesentis exquirunt: nec cogitant, quid vivendo imitari debeant, sed qua compendia percipiendo, satientur. Satiatos enim quippe de panibus Dominum sequi, est de sancta Ecclesia temporalia alimenta sumptuſſe. Et non pro signis Dominum, sed pro panibus querere, est ad religiosis officiis non pro virtutibus angendis, sed pro requirendis subsidiis inhiare.

CAPUT XIV.

Eum, qui venit ad me, non ejiciam foras. *Ioan. 6. d.*

Obedientia sola virtus est, quæ virtutes ceteras De obedientia
primit hominum præceptum, quod servaret, accepit *In expof. 8.
Iob. 1. 33. c.* cui si vellet obediens subdere, ad æternam beatitudinem sine labore pervenire. Hinc in Evangelio Veritas dicit: *Eum, qui venit ad me, non ejiciam foras: quia descendit de celo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me.* Quid enim, si siam faceret, eos, qui ad ſe veniunt, repulisset? Quis autem nesciat, quod voluntas filij à patris voluntate non discrepet? Sed quoniam primus homo, quia ſuam voluntatem facere voluit, à paradisi gaudio exiit; secundus ad redempcionem hominum veniens, dum voluntatem ſe patris, & non ſuam facere ostendit, permanere nos intus docuit. Cum igitur non ſuam, sed patris voluntatem facit, eos, qui ad ſe veniunt, foras non ejicit: quia dum exemplo ſuo nos obedientia ſubjicit, viam nobis egredionis claudit. Hinc rufum ait: *Non possum Ioan. 5.
ego à me ipso facere quidquam, sed sicut audio, judico.* Nobis quippe obedientia uisque ad mortem fervanda præcipitur. Ipſe autem, ſi, ſicut audit, judicat, tunc quoque obedit, cum iudex venit. Ne igitur nobis usque ad praesentis vita terminum obedientia laboriosa appareat, Redemptor noster indicat, quia hanc, etiam cum iudex venerit, ſervat. Non ergo mirum, si peccator homo obedientia in praesentis vita brevitatem ſe ſubjicit, quando hanc Mediator Dei & hominum, & cum obediētes remunerat, non relinquit.

CAPUT XV.

Flumina de ventre ejus fluent aquæ vine. *Ioan. 7. f.*

Batus Job dicit de Domino, quod in petris rivis De prædi-
excidit, id est, in duris Gentilium cordibus flu- catione.
*In expof. 8.
Iob. 1. 18. c.* vios prædicationis aperit, ſicut per Prophetam *Job. 1. 18. c.* quoque de irriganda dicitur ariditate Gentilium: *z.*
*Posuit deseruum in stagnum aqua, & terram sine aqua pſalm. 106.
in*

*in exitus aquarum: atque in Evangelio promittit A
Dominus, dicens: Qui credit in me, flumina de ven-
tre ejus fluent aquæ vivæ: quod promissum tunc au-
divimus. Ecce enim in sanctis prædicatoribus, & non
ex Iudea progenitis per cunetam Ecclesiam in toto
orbe diffusam, fluenta mandatorum caelestium uber-
tim manant ore Gentilium, quia cum in petris rivos
aperuit, ex duris quoque cordibus fluvius sanctæ
prædicationis emanavit. Per aquam enim aliquan-
do scientia prædicationis accipitur, juxta quod scri-
ptum est: Aqua profunda verba ex ore viri: Et tor-
rens redundans fons sapientia. In verbis quoque sa-
cri eloquij nonnunquam venter pro mente ponit con-
siderationem. In exp. B. luevit. Quia igitur de mente fidelium sanctæ prædi-
cationes defluunt, quasi de ventre credentium aqua
viva flumina decurrent. Per aquam quoque non
nonnunquam sancti Spiritus irrigatio, vel gratia, vel
infusio solet designari, sicut scriptum est: Qui bibet
ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum.
Item Dominus dicit: Flumina aquæ vivæ fluent de
ventre ejus: ubi Evangelista fecutus adjunxit: Hoc
autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant creden-
tes in eum.*

CAPUT XVI.

*Qui sine peccato est vestrum, primus in illam
lapidem mittat.*

*Vt nos, priusquam alios, iudicemus. C
Ontra nosmetipos corrigendos erigi debemus, C
ut mala propria recognolentes, districta nos-
metipos ultime penitentias feramus: & nullis er-
ga cogitationum illecebras blandimentis inclinan-
tes, nequaquam nobis in peccatis parcamus. Qui si
districte nostri prius in nobis mala insequimur, ju-
stum quoque est, ut etiam contra aliena mala utili-
ter erigamus: & ea, quia in nobis punimus, etiam
in aliis redargendo superemus. Sed hanc corrigen-
di unctionem mali nesciunt, quia seculi relinquunt,
& bonos impertunt, sibique se intra conscientiam
suam mollitie adulatiois blandæ inclinantes, con-
tra bonorum vitam districtione aperitatis erigun-
tur, semetipos redargendos relinquentes, alias
districti sententiis increpant. Qui vero semetipsum
prius non iudicat, quid in alio rectum judicet, igno-
rat. Et si novit fortasse per auditum, quod rectum
judicare debeat, recte tamen aliena merita iudicare
non valet, cui conscientia innocentia propriæ nul-
lam judicij regulam præbet. Hinc est enim, quod
quibusdam insidiantibus, & puniendam adulteram
deducentibus dicitur: Qui sine peccato est vestrum,
primus in illam lapidem mittat. Ad aliena quippe pu-
nienda peccata ibant, & sua reliquerant: revocan-
tur itaque intus ad conscientiam, ut prius propriæ
corrigant, & tunc aliena reprehendant. Ordo quippe
corrigendi iste est, ut primum contra nos, & post-
modum contra malos corrigendos erigatur: nam
qui contra bonos erigitur, per superbiam inflatur.
Considerandum est autem, quod incarnatus Domini
nus simplicitatem cum rectitudine tenuit: quia nec
in mansuetudine districtionem justitiae, nec rursum
in districtione justitiae virtutem mansuetudinis ami-
fit. Unde cum quidam, ut prædictum est, adulteram
deducere hunc voluerint teatare, ut in culpam aut
immansuetudinis, aut injustitiae labetur, ad utra-
que respondit, dicens: Qui sine peccato est vestrum,
primus in illam lapidem mittat. Dat simplicitatem man-
suetudinis, qui sine peccato est: dat zelum justitiae,
primus in illa lapidem mittat. Plerumque autem nos
cum justitiae rectitudinem excutimur, mansuetudi-
nem relinquimus, & cum mansuetudinem servare
cupimus, justitiae rectitudinem declinamus.*

S. Greg. Tom. III.

CAPUT XVII.

*Rabbi, quis peccavit hic, aut parentes ejus, Ioan. 9. a
ut cecus nasceretur?*

Percussionum diversa sunt genera. Alia namque De divinis
est percussio, qua peccator percutitur, ut sine re-
traetatione puniatur: alia, qua peccator percutitur,
ut corrigatur: alia, qua nonnunquam quisque per-
cutitur, non ut praeterita corrigat, sed ne ventura
committat: alia, qua plerumque percutitur, per
quam nec praeterita culpa corrigitur, nec futura pro-
hibetur. Sed dum inopinata salus percutiōnem se-
quitur, salvantis virtus cognita ardentius amatur;
cumque innoxius flagello atteritur, ei per patientiam
meritorum summa cumulatur: aliquando enim pec-
cator percutitur, ut absque retractatione puniatur,
sicut peritura Iudeæ dicitur: Plaga inimici percuti*Hier. 30.*
te castigatione crudeli. Et rursus: Quid clamas ad *Exod. 4.*
me super contritione ina? Insanabilis est dolor tuus.
Aliquando peccator percutitur, ut corrigatur, sicut
cuidam in Evangelio dicitur: Ecce sanus factus es: *Ioan. 3.*
jam noli peccare, ne tibi deterius aliquid contingat.
Verba enim salvantis indicant: quia peccata præ-
cedentia habiti via doloris exigebant. Aliquando quis-
que non pro praeterita culpa diluenda, sed pro futu-
ra vityanda percutitur, quod aperte Paulus de semet-
ipso testatur, dicens: Ne magnitudo revelationum *T. Cor. 12.*
extollat me, datum est mihi stimulus carnis meæ, An-
gelus Satana, qui me colapizet. Qui enim non ait,
quia extulit, sed ne extollat; aperte indicat, quod
ex illa percussione, ne eveniat, compellitur; non
autem quæ evenerit, culpa purgatur. Nonnunquam
vero quisque nec pro praeterita, nec pro futura ini-
quitate percutitur, sed ut sola divina virtutis poten-
tia ex amputata percussione monstretur. Unde cum
Domino de cæco nato diceretur: Hic peccavit, aus-
parentes ejus, ut cecus nasceretur? Respondit, dicens:
Neque hic peccavit, neque parentes ejus: sed ut
manifestentur opera Dei. In qua manifestatio
quid agitur, nisi ut ex flagello meritorum virtus au-
geatur? Cum enim nulla praeterita iniquitas tergi-
tur, magna de patientia fortitudo generatur.

CAPUT XVIII.

*Lutum fecit ex sputo Dominus, & linivit *Ioan. 9. a*
super oculos meos.*

SAliva in nos ex capite delabitur, ab ore vero ad *De illu-*
ventrem ducitur, cum glutitur. Quid itaque est stratione
*caput nostrum nisi Divinitas, per quam existendi ^{superne}
principium sumimus, ut creatura sumus? Paulo arte-
stante, qui ait: Caput viri Christus, caput autem Chri-*lob. 8 c. 18*
sti, Deus. Quid autem venter noster est, nisi mens? ^{in princ. 30}
*Quæ dum cibum suum supernum, videlicet intelle-*Hom. 10 in*
*ctum suscipit, refecta proculdubio omnium membra ^{Ezech. non}
actionum regit. Nisi enim sacra eloquia aliquando ^{procul ab}
mentem nomine ventris exprimerent, Salomon uti-*init.*
que non dixisset: Lucerna Domini spiraculum homi-*Prov. 20.*
nis, quæ investigat omnia secreta ventris. Quia nimi-
rum dum nos gratia superni respectus illuminat, cun-
cta etiam mentis nostræ nobis absconsa manifestat.
Hinc etiam per Hieremiam dicitur: Ventrem meum, *Hier. 4.*
ventrem meum doleo. Quod quia de spirituali, & non
corporeo ventre dixerat, subiungit: Et sensus cordis
mei conturbati sunt. Neque enim ad salutem populi
pertinet, si Prophetæ ventrem corporeum se dolore
prædicaret. Sed ventrem doluit, quia mentis af-
flictionem sensit; sed cur exemplum Prophetæ pro-
ferimus, cum testimonium Domini apertius ha-
beamus? Et necesse est, ut, cum per semetipsam Ve-
ritatis loquitur, Prophæta taceat: quia lucerna cla-
ritatem non habet in sole, ait enim: *Qui credit in Ioan. 7.****

M m m

me, sicut dicit Scriptura, *flumina de ventre ejus fluunt aquae vivæ*. Quia enim de mente fidelium sanctæ predicationes declinunt, quasi de ventre credentium aquæ vivæ flumina decurrunt. Quid autem salivæ nomine, nisi sapor intimæ contemplationis accipitur, quæ ad os à capite declinet: quia de claritate Conditoris adhuc in hac vita nos positos vix gustus revelationis tangit? Unde & Redemptor veniens salivam lute misericordia, & cæci natu oculos reparavit: quia superna gratia carnalem cogitationem nostram per admixtionem suæ contemplationis irradiat, & ab originali cæcitate hominem ad intellectum reformat. Nam quem à paradisi gaudis expulsum in hoc jam exilio natura edidit, quasi à nativitate homo fine oculis processit.

CAPUT XIX.

Ioan. 8. d. Omnis, qui facit peccatum, servus est peccati.

*De jugo
peccati,
In exp. B.
Iob. I. 4. c. 31*

Quisquis se pravo desiderio subiecit, iniquitatis domo dudum libera mentis colla supponit. Sed huic dominio contradicimus, cum iniquitati, quæ nos ceperat, reluctamus; cum consuetudini violenter resistimus, & desideria perversa calcantes, contra hanc ius nobis libertatis ingenitæ vindicamus: cum culpam pœnitendo percutimus, & maculas sordium flebilis lavamus. Plerumque autem jam mens quidem, quod se perverse meminit egisse, deplorans, jam prava acta non solùm deserit, sed amarissimis etiam lamentis punit, & tamen adhuc se perfecet in securitate non erigit. Nam quam prava commiserit, meminit; sed an commissa dignè defleverit, nescit: ac ne culpæ immanitas modum pœnitentia transeat, metuit. Et plerumque culpam veritas jam relaxat, sed afflicta mens inter spem, & formidinem adhuc de venia, dum valde sibi est sollicita, formidat; quia, justus index veniens, quid de perpetratis reputet, quid relaxet, ignorat. Servus ergo jam fugit in hac vita Dominum, sed liber non est: quia peccatum suum homo jam corrigit, & pœnitendo deserit, sed tamen adhuc distriictum judicem de ejus retributione pertimescit. In alia ergo vita servus à Domino liber erit, ubi jam de peccati venia dubietas non erit, ubi jam securam mentem culpa sua memoria non addicet: ubi non sub reatu animus intrepidat, sed de ejus indulgentia liber exultat.

CAPUT XX.

Ioan. 8. c.

Si vos filius liberaverit, verè liberi eritis.

*De redemp-
tione hu-
mani ge-
neris.
In exp. B.
Iob. I. 18. c.
30. circa
med.*

AEterna Dei sapientia ad redimendum genus humanum, non sanctos Angelos, non justos homines misit, sed in manifestatione visionis per semetipsam venit. Nullus quippe Angelorum, nullus justorum hominum missus est, ut humanum genus à culpa redimeretur: quia per Creatorem necessiter erat, ut creatura Dei liberaretur, sicut ipsa Veritas dicit: *Si vos filius liberaverit, verè liberi eritis*. Quoniam igitur æterna Dei sapientia, cum Patre manens per secula, in fine seculorum erat incarnanda: ad hoc homines justi, & sancti sunt missi, ut in cordibus hominum viam huius sapientiæ prædicando prepararent, qui nisi se seruos hujus sapientiæ cognoscerent, sancti nullatenus esse potuissent. Quia enim certum erat, quod per accessum temporum deficiens sæculi languores exsicerent, alatum est, ut æterna Dei sapientia per semetipsam in fine seculorum veniret ad grandem hunc & nimis infirmitatis egrotum, id est, per totum mundum jacens languidum genus humanum: ut transmissis prius prædicatoribus quasi quibusdam visitatoribus, tanto postmodum major fieret potentia medici, quanto magis morbus crevisset ægroti.

CAPUT XXI.

Vos ex patre diabolo estis.

Ioan. 8. f.

Antiquus hostis omnium princeps perversorum *Quod per-*
alios socios habet, atque alios filios. Qui namque sunt ejus socij, nisi illi apostolæ Angeli, qui cum inimico de patriæ cœlestis sede ceciderunt? Vel quos alios tandem, *In exp. B.
Iob. I. 18. c. 17*
habet filios, nisi perversos homines, qui de ejus prævia persuasione in militia generantur operatione? Unde etiam vox Veritatis infidelibus dicitur: *Vos ex parte diabolo estis*. Ita verò unum corpus sunt diabolus, & omnes iniqui, ut plerumque nomine capitum censetur corpus, & nomine corporis caput appelletur. Nam capitum nomine censetur corpus, cùm de perverso homine dicitur: *Ex vobis unus diabolus est*. Et rursus nomine corporis, caput appellatur, cùm de ipso apostola Angelo dicitur: *Inimicus homo hoc fecit*.

CAPUT XXII.

*Qui non intrat per ostium in ovile, sed a-
cendit aliunde, ille fur est & latro: qui
autem intrat per ostium, pastor est ovium.*

Si pastor bonus intrat per ostium, & ipse ostium, *Quod Re-*
& ipse pastor, ipse procudiblio intrat per semetipsum. Quarendum est itaque nobis, qualiter & cum fandâ ipse intret, & per semetipsum. Dominus etenim ac Ecclesia Redemptor noster cum sancta Ecclesia, quam redemit, secundum carnem una substantia est, *Paulo Hom. 15.* attestante, qui ait: *Adimpleo ea, quæ sunt passionis super Ezechi-
num Christi, in carne mea pro corpore ejus, quod est Coloss. 1.
Ecclesia*. Hujus capituli corpus Ecclesia est, & hujus corporis caput, Christus. De quo suo capite exultat corpus, id est, sancta Ecclesia cum Psalmista dicente: *Nunc autem exaltavit caput meum super inimicos psal. 26.* Quia enim quandoque ipsa etiam exaltanda est, jam nunc caput suum super inimicos suos exaltatum gaudet in cælis. Cum igitur electi quique ad vitam perveniunt; quia membra ejus per eum intrant ad eum, ipse per se intrat ad se. Ipse enim in membris suis est, qui intrat: ipse caput, ad quod in-
trantia membra perveniunt.

CAPUT XXIII.

Si quis per me introierit, salvabitur.

Ioan. 10. 4.

Sempre oculos cordis ad exitum nostrum ponere De pascuis & meditari debemus sine cessatione, quando à vita cœ-
præsentia vita examus, & ad æternam gaudia pertin-
gamus. Propter hoc quippe Patris Unigenitus est *Hom. 15. sa-*
*incarnatus, ut nos ad Ecclesiam sanctæ fidem introducat, & ad speciem suæ visionis educat. Unde loqui-
tur dicens: Si quis per me introierit, salvabitur, &
ingredietur, & egredietur, & pascua inveniet. In-
gredietur, videlicet ad fidem: egredietur verò à fide
ad speciem, à credulitate ad contemplationem: pa-
scua autem inveniet in æterna refectione, & satiate-
te. Quisquis enim Dominum Iesum corde simplici
sequitur, æterna viriditas pabulo nutritur: qua au-
tem sunt pascua nisi Paradisi sempiternae virientes æ-
terna gaudia? Pascua namque electorum sunt vultus
præsens Dei: qui dum sine defectu conspicitur, sine
fine mens cibo satiat, propter hunc egressum no-
strum, quem quotidie meditari mente debemus, de
Redemptore nostro Paulus quoque loquitur, dicens:
*Ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra Heb. 13.
portam passus est. Ex eius igitur ad eum exira castra,
improperium ejus portantes: Non enim habemus hic
manentem civitatem, sed futuram inquirimus.**

CAPUT XXIV.

Ioan. 10. d. Potestatem habeo ponendi animam meam.

De gratia nostrorum Redemptoris. **O**mne genus humanum inimica illa persuasio in culpa contagio ab ipsa radice polluerat, nullum tempus usque erat qui apud Deum pro peccatoribus intercessus est, cedens, a peccato liber appareret: quoniam ex eadem massa editos, quemcunq; par reatus involverat: proinde venit ad nos Unigenitus Patris, assumptus ex nobis naturam, non perpetrans culpam. Sine peccato quippe debuit esse, qui pro peccatoribus intervenire potuisse: quia nimis aliena pollutionis contagia non tergeret, si propria sufficeret. Mediator itaque Dei & hominum, homo Christus Iesus intercedens pro peccatoribus, semetipsum justum hominem, qui pro aliis indulgentiam merebatur, ostendit. Veniens itaque ad nos desuper medicus noster, tantisque nos inveniens languoribus pressos, quiddam nobis simile, & quiddam contrarium apposuit. Ad homines quippe homo venit, sed ad peccatores iustus. Concordavit nobis veritate naturae, sed discrepavit a nobis veritate iustitiae. Vicius enim homo corrigi non poterat, nisi per Deum: videri autem debuit, qui corrigebat, ut praebendo imitationis formam, anteacta malitia mutaret vitam. Sed videri ab homine non poterat, Deus homo factus est, ut videri potuisse. Justus igitur, & invisibilis Deus apparuit, similis nobis homo visibilis, ut dum videretur ex simili, curaret ex justo: & dum veritate generis concordat conditioni, virtute artis obviaret aegritudini. In carne ergo veniens Dominus non culpam nostram ex virtute, non penam ex necessitate suscepit; nulla enim peccati labore pollutus, reatus nostri teneri conditione non potuit: & ideo mortem nostram omni necessitate calcata, cum voluit, sponte suscepit. Nequaquam enim ita, ut nos, fuit natus, nec ita mortuus, nec ita refuscatus. Non enim cooperante coitu, sed Spiritu sancto superveniente conceperunt est: natus autem materna visceris, & secunda exhibuit, & incorrupta servavit. Rursum, nos omnes cum nolumus, morimur: quia ad solvenda penae debitum culpae nostra conditio ne coarctamur. Ille autem, quia nulli admixtum est culpam, nulli ex necessitate succubuit pena. Sed quia culpam nostram dominando subdidit, penam nostram miserando suscepit, sicut ipse ait: *Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.* Qui etiam praemit: *Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a me ipso.* Rursum, non, ut nos, suscitatus est, quia nostra resurrectio in finem seculi est dilata, illius verbi dictio terro celebrata. Et nos quidem per illum resurgimus: nam ipse per se, neque enim qui Deus erat, sicut nos, ut ab alio resuscitari potuisse, indigebat. Ita ergo ejus resurrectio distat a nostra, quod non per nosmetipsos resurgimus, sicut ille: pro eo enim quod simpliciter homines sumus, adiutorio superiori, ut resurgere valeamus, indigemus. Ille autem eiusdem resurrectionis vim cum Patre, & sancto Spiritu Deus exhibuit. Quam tamen solus in humanitate percepit. Dominus igitur verè natus, verè mortuus, verè resuscitatus, in omnibus distat a nobis magnitudine potentiae, sed sola concordat nobis veritate naturae: & cum in cunctis operibus suis immensa nos virtute transcendat, in uno tamen a nobis, id est, in formae veritate non discrepat. Quia ergo, ut praedictum est, nullus erat, cuius meritis nobis Dominus propitiari debuisset, Unigenitus Patris formam infirmatis nostrae suscipiens, solus iustus apparuit, pro peccatoribus intercedens: qui dum penam nostram moriendo toleravit, corruptionem nostram resurgendo mutavit. Ex ea etiam carne, quam sumpfit, hanc offendit liberam, quam *S. Greg. Tom. III.*

A redemit. Quae redempta caro videlicet nos sumus, qui cognitione nostri reatus astringimur, sed Medicis tanti exequitate liberamur, sicut ipse ait: *Si vos Ioan. 8. filii liberaverit, verè liberi eritis.*

CAPUT XXV.

Facta sunt Encœnia in Hierosolymis: & Ioan. 10. d. hiems erat.

Servata historiæ veritate, divina eloquias aliquando à positione loci, aliquando à positione corporis, aliquando à qualitate aëris, aliquando à qualitate temporis causas designant, quas aperto sermone quia causas rerum designant. A positione quippe locorum, sicut Scriptura de Israëlio dicit quia verba Dei in monte audire non potuit, sed præcepta in campis tribus accepit. Subsequenter nimis infirmitatem populi indicans, quia ascenderat ad summam non valuit, sed semetipsum in infimis neglectè videndo laxavit. Carnali itaque Israëlitico populo, descendente de monte Moysi, lex in campis tribus data est: sed sanctis Apostolis, Dominus in monte sedens, summa, & spiritualia præcepta locutus est, ut ex locis videlicet monstraretur, quia & illis tanquam carnalibus mandata minima dabuntur in valle terrarum, & isti tanquam spirituales, & sancti in monte caelestia mandata auditent; quatenus aperè monstraretur, quod ascendentis corde ad caelestia, infirma mundi relinquenter, & in mentis culmine starent. A positione corporis divina Scriptura futura denunciat, sicut in Actibus Apostolorum Stephanus Iesum; *Act. 7. 1* qui à dextris virtutibus sedet, statim se vidisse manifestat. Stare quippe adjuvanter est. Et rectè stare certatur qui in bello certaminis opitulatur. A qualitate aëris res subsequens demonstratur, sicut Evangelista, cum prædicante Domino, nullos tunc ex Iudeis credituros diceret, præmisit dicens: *Hiem autem erat.* Scriptum namque est: *Abundabat ini- Matt. 14. quitas, refrigerat charitas multorum.* Idcirco ergo curavit hiems tempus exprimere, ut inesse cordibus auditorum malitia frigus indicaret: inter illa enim mysteria, qua Veritas loquebatur, quid cause fuit, ut nomen hiems adderetur, nisi ut per qualitatem temporis, & aëris offendere frigus cordis? Quia & cum verba Veritatis acciperent, frigida Iudaorum corda remanebant. Hinc est etiam, quod de negatuvo Petro præmittitur: *Quia frigus erat, & stan ad prunas, calefaciebat se.* Jam namque intus à charitatis calore torpuerat, & ad amorem præsentis vitae, quasi ad persecutorum prunas, infirmitate astuante recalcet. A qualitate quoque temporis finis exprimitur actionis, sicut non redditurus ad veniam, ad traditionis perfidiam nocte Judas exisse perhibetur, cum ingrediente illo ab Evangelista dicitur: *Erat Ioan. 13. autem nox.* Hinc enim & iniquo diviti dicitur: *Hac Lue. 12. nocte repetunt animam tuam a te.* Anima quippe, quae ad tenebras ducitur, non in die repeti, sed in nocte memoratur. Hinc est quod Salomon, qui sapientiam non perseveraturus accepit, in somnis hanc & nocte describitur accepisse. Hinc est quod Angeli ad Abraham meridie veniunt: puniri vero Sodomam ad eam vespera venisse memorantur.

CAPUT XXVI.

Lazare, veni foras.

Ioan. 11. f.

Dum peccator quisque de vitio suo reprehensus de confessionibus & excusationibus verbis fusione peccavit, dum non vult cognosci, quod fecit, non se absolucionem & Domino, sed sibi Dominum abscondit. Agit quippe ne. ne omnia videnter videat, non autem ne ipse vi- *In expof. B.* deatur. *Quod contraria cuique peccator jam exordium lob. 1. 21. c. 13.*

M m m ij

919

illuminationis est humilitas confessionis: quia si. A bimeti ipsi iam parcere renuit, qui malum non erubescit confiteri, quod fecit: & qui defendendo accusari potuit, accusando se celerrime defendit. Unde & mortuo Lazaro, qui mole magna premebat, nequaquam dicitur, Revivise, sed, *Veni foras*. Ex qua videlicet resurrectione, quæ gesta in illius est corpore, signatur qualiter nos resuscitemur in corde, cum videlicet mortuo dicitur: *Veni foras*: ut nimur homo in peccato suo mortuus, & per molestiam confuetudinis jam sepultus, quia intra conscientiam suam absconsus jacet per nequitiam, à seipso foras exeat per confessionem. Mortuo enim, *Veni foras*, dicitur, ut ab excusatione, & occultatione peccati ad accusationem suam ore proprio exire provocetur. Unde David Propheta ab illa tanti mole facinoris reviviscens ad vocem Domini, quafi foras exiit, dum per Nathan correctus, quod fecerat, accusavit. Post confessionem igitur ab his, qui ligandi, & solvendi auctoritatem suscepunt, causa penitentiae sunt: & tunc ligandi, atque solvendi potestas exercenda. Videntur quippe, quæ culpa, aut qua sit penitentia facta post culpam; ut quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam visitat, illos pastoris sententia absolvet. Tunc enim vera est absolutio praefidentis, cùm arbitrium aeterni sequitur iudicis. Quod bene praedicta quadriduanu[m] mortui resuscitatio illa significat, qui videlicet demonstrat, quia prius mortuum Dominus vocavit, & vivificavit, dicens: *Lazare, veni foras*: & postmodum is, qui vivens egressus fuerat, à discipulis solutus est, sicut scriptum est: *Cumque egressus esset, qui fuerat ligatus inservi, tunc dixit discipulis: Solvite eum, & sine abire. Ecce illum discipuli jam viventem solvunt, quem magister resuscitaverat mortuum*. Si enim discipuli Lazarum mortuum solverent, factorem magis ostenderent, quam virtutem. Ex qua consideratione intuendum est quid illos debemus per pastorem auctoritatem solvere, quos Auctorem nostrum cognoscimus per suscitantem gratiam vivificantem. Quia nimur vivificatio ante operationem rectitudinis in ipsa jam cognoscitur confessione peccati. Unde & huic ipsi mortuo Lazaro nequaquam dicitur: Revivise, sed, *Veni foras*. Omnis quippe peccator, dum culpan suam intra conscientiam abscondit, introrsus later, in suis penetralibus occultatur, sed mortuus venit foras, cùm peccator nequitias suas sponte confiteretur. Lazaro ergo dicitur: *Veni foras*. Ac si aperte cuilibet mortuo diceretur: Cùm reatum tuum intra conscientiam tuam abscondis, foras per confessionem egredere, qui apud te interius per negationem lates. Veniat itaque foras mortuus, id est, culpan confiteatur peccator: venientem vero foras solvant discipuli, ut pastores Ecclesie ei ponent debeat amovere, quam meruit, qui non erubuit confiteri quod fecit.

CAPUT XXVII.

*Ioan. 12. c**Et clarificavi, et iterum clarificabo.*

*De modis
divinae lo-
cationis.
In exps. B,
Iob. I. 28. c,
2. 4 & 5.*

Cum per Angelicam creaturam voluntatem suam Dominus indicat, aliquando eam verbis, aliquando imaginibus cordis oculis extensis, aliquando caelestibus substantiis demonstrat. Verbis namque per Angelum loquitur, cùm nihil in imagine ostenditur, sed supernæ verba locutionis audiuntur, dicente Domino: *Pater, clarifica filium tuum, ut & filius tuus clarificet te: protinus respondebit: Et clarificavi, & iterum clarificabo*. Neque enim Deus, qui sine tempore vi impulsione intimæ clamat, in tempore per suam substantiam, illam vocem edidit, quam circumscriptam tempore per humana verba distinxit: sed nimur de caelestibus loquens verba sua, qua-

audiri ab hominibus voluit, rationali creatura administrante formavit. Aliquando imaginibus, cordis oculis extensis, per Angelos loquitur Deus, sicut Jacob subnixam cælo scalam dormiens videt: sicut Petrus linteam reptilibus, & quadrupedibus plenum in ecclasi raptus aspergit, qui nisi corporeis hæc oculis cerneret, in ecclasi non fuisset: sicut Paulo in visione noctis vir Macedo apparuit, qui transire eum in Macedoniam rogavit. Aliquando caelestibus substantiis loquitur Deus: sicut baptizato Domino scriptum est: quia de nube vox sonuit, dicens: *Hic est Marshi, filius mens dilectus, in quo mihi complacui.*

CAPUT XXVIII.

B Hec dixit Iosias, quando vidi gloriam ejus, Ioan. 11. f

Quantalibet intentione se mens humana tendat, De visione Getiam si phantasias quaque imaginum corporalium à cogitatione compellet, si jam omnes circumscripti spiritus ab oculis cordis amoveat, ad Ezech. 11. in Eccl. 3. hoc tamen in carne mortali posita videre gloriam Dei non valet, sicut est: sed quidquid de illa est, quod in mente resplendet, similitudo, & non ipsa est. Unde Ezechiel Propheta dixit: *Hic erat asperitus splendoris per gyrum. Et hac visu similitudinem gloriae Domini. Inde etiam ille prædicator, qui raptus ad terrum cælum fuerat, dicebat: Videremus nunc per speculum in enigmate. Quia in re non despicienda nobis oritur questio, quomodo Joannes Evangelista, cùm erga miracula Redemptoris nostri, Judæorum perfidiam etiam ex verbis prophetis descripsisset, adjungit, dicens: Hec dixit Iosias, quando vidi gloriam ejus, & locutus est de eo. Et si Ezechiel videt, quid est quid iste similitudinem gloriae, & ille gloriam ejus vidisse describitur? Sed cùm Joannes Evangelista prius miracula Redemptoris nostri narravit, & infidelitatem Judæorum postmodum subdidit: hanc ejusdem Redemptoris nostri gloriam, quæ in mundo apparuit, Isaiam vidisse manifestat. Omne enim, quod in terra mirum divinitus agitur, gloriam omnipotentis Dei est, & ejus gloria in omnibus factis videtur. Isaias igitur ejus gloriam in terra vidit: Ezechiel vero ejus gloriam in cælo, sicut est, videre non potuit: quia aliter est ejus gloria in rebus factis, & aliter in semetipso. Hæc ergo gloria, quæ in rebus est, videri potest: illa vero, quæ in ipso est, videri modo nisi per similitudinem non potest.*

CAPUT XXIX.

*Qui mihi ministrat, me sequatur.**Ioan. 11. f*

Dominum Jesum Christum Redemptorem nostrum, ut eum sequamur hinc admonentem, in De imitatione Regnum, fratres charissimi, credimus, operibus bonis demponimus, sequi studeamus: aspicamus qua graditur, & ejus vestigia imitando teneamus. Jesum etenim sequitur, Ezech. 3. qui imitatur. Hinc namque dixit: *Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos*. Sequare enim dicitur, imitare. Consideremus ergo qua graditur, ut sequi mereamur. Ecce cùm sit Dominus & Cætor Angelorum, suscepturnus naturam nostram, quam condidit, in uterum Virginis venit: nasci tamen in hoc mundo per divites noluit, pauperes parentes elegit. Unde cùm agnus, qui pro illo offerretur, defuit, columbarum pullos, & par turture ad sacrificium mater inventit. Prosperatus in hoc mundo noluit, irrisiones & opprobria toleravit, spuma, flagella, alaspas, spicam coronam, crucemque sustinuit: & quia rerum corporalium delestatione, à gaudio interno cecidimus, cum qua amaritudine illuc redeamus, ostendit. Quid itaque pro se debet homo pati, si tanta Deus pro hominibus pertulit? Qui igitur in Christum

S.
GREK
RIII
Tom.

*Homil. 16. in
Evang.*

jam creditit, sed adhuc avaritia lucra segettatur, in superbia honoris extollitur, invidia factibus inardecit, libidinis in munditia se polluit, prosperari ad ea, quae sunt in mundo, concupiscit, Iesum in quem creditit, sequi contemnit. Diverso quippe itinere ambulat, & pergit, si gaudia, delectationesque appetit, cui dux suus viam amaritudinis ostendit.

C A P U T X X X .

Ioan. 12. e Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.

De victoria Re-de-mptoris. **P**er resurrectionem nostri Redemptoris, omnes electi, qui quamvis in sinu tranquillitatis, tam enclavis tenebantur inferni, ad amorem paradisi sunt reduti. Quod ante passionem promisit, in resurrectione sua Dominus adimplevit: omnia enim traxit, qui de suis electis apud inferos nullum reliquit, omnia abstulit utique electa. Neque enim infideles quoque, & pro suis criminibus aeternis suppliciis deditos, ad veniam Dominus resurgendo reparavit, sed illos ex inferni clausis rapuit, quos suos in fide & actibus recognovit.

C A P U T X X I .

Ioan. 13. Dominus lavit pedes discipulorum.

De prædicatione. **V**ix aliqua prædicatio sine aliquo transitur additio: unde recte sanctis Apostolis post prædicationem Dominus pedes lavit; ut videlicet aperte monstraret: quia plerumque & in bono opere peccati pulvis contrahitur, & inde inquinantur vestigia loquuntur, unde audientium corda mundantur. Nam saepè nonnulli, dum exhortationis verba faciunt, aut ad quantulamcunque gloriam, si ab audientibus venerantur, & quamlibet tenuiter se intrinsecus, quia per eos purgationis gratiam derivatur, extollunt. Cumque verbo aliena opera diluunt, quasi ex bono itinere pulverem male cogitationis sumunt. Quid ergo fuit post prædicationem, pedes discipulorum lavare, nisi post prædicationis gloriam cogitationum pulvrem tergere, gressusque cordis ab interna elatione mundare? Pedes igitur Apostolorum loti sunt, ut à quamlibet pavore contagio in ipsa prædicatione contracto, quasi à quadam itinere collecto pulvere mundarentur.

C A P U T X X I I .

Ioan. 13. d In hoc cognoscet omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem.

De vera virtute a. **O**mnipotens Dei nos esse discipulos sola custodia charitatis probat: virtutem quippe manuum sine charitate testatur prædicator egregius nihil valere, qui ait: *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil prodest.* **I**nexp. B. 1. c. 10. 2. 1. Cor. 13. Mar. 7. De hereticis quoque signa ac miracula facientibus, sed hinc præmia afflictionis sive, & abstinentiae laudes, videlicet, quas amant, recipientibus, Redemptoris voce dicitur: *Multi dicent mibi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo demonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam novi vos: discedite a me, qui operamini iniuriam.* Qua nimis sententia, quid datur intelligi, nisi ut in hominibus charitas, & humilitas, non autem debeat virtutum signa venerari.

A ri: Probatio quippe sanctitatis non est signa facere, sed unumquemque ut se diligere: de Deo autem vera, de proximo vero meliora, quam de semetipsa sentire. Nam quia vera virtus in amore est, non autem in ostensione miraculi, Veritas demonstrat, quæ ait: *In hoc cognoscet omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* Qui enim non ait, in hoc cognoscetur, quia discipuli mei estis, si signa feceritis, sed ait: *Si dilectionem habueritis ad invicem,* aperte indicat: quia veros Dei famulos non miracula, sed sola charitas probat. Testimonium ergo superni discipulatus, est donum supernæ dilectionis. Quæ nimis dilectio si cor nostrum veraciter replet, duobus modis ostendi soleretur, scilicet, si & amicos in Deo, & inimicos diligimus propter Deum. Sed sciendum est, quia inimici dilectio tunc veraciter custoditur, cum nec de profectu addicimus, nec de ruina illius latamus. Nam saepè in dilectionis imagine erga inimicum animus falsatur, scilicet hunc diligere astimat, si ejus vita contraria non existat: sed dilectionis vim occultat veraciter aut profectus inimici, aut calus interrogat. Hac enim de re ad plenum semetipsam mens hominis nescit, nisi eum, quem sibi adversarium credit, in defectu vel profectu ejus, mutasse se modum sui status invenerit. Si enim de prosperitate addicimus, & de calamitate se odiens latatur, constat quia non amat, quem non vult esse meliorem se, eumque etiam stantem voto perseguunt, quem recidit gratulatur. Sed inter haec sciendum est, quia evenire plerumque solet, ut non amissa charitate, & inimici nosruina latifex; & rursum ejus gloria sine invidie culpa contristet: cum & ruente eo, quoddam erigi bene credimus, & proficiente illo plerosque iniuste opprimi formidamus. Quia in remedium nostrum, nec ejus jam defectus erigit, nec ejus profectus addicet, si recta nostra cogitatio, non quid in ipso, sed quid de ipso circa alios agatur, attendit. Sed ad haec servanda valde est necessarium subtilissima discretionis examen, ne cum nostra odia exequimur, fallamur sub specie utilitatis alienæ. Si autem de inimici morte gaudendum omnino non esset, Psalmista non diceret: *Latabitur justus, cum viderit vindictam impiorum:* sed aliud est impium, aliud vero inimicum perpetui. Nam sunt plerique inimici, qui non sunt impij: & sunt nonnulli impij, qui nobis specialiter non videntur inimici. Humana autem mens omnem, quem inimicum tolerat, etiam impium & iniquum putat: quia ejus culpas apud cogitationem livor accusator exaggerat. Quibuslibet vero flagitiis prematur, minus iniquus creditur, si adversarius minimè sentitur. Quia in re discernendum est, aliud esse quod nobis, aliud vero quod sibi, & ceteris noster, inimicus noçet. Nam si aliis bonus est sine nostra forsitan culpa, non potest esse nobis malus: nec omnino jam de ejus ruina gaudendum est, cuius nos solos certum est adverfa tolerasse. Cum vero noster, ac multorum hostis punitur, de creptione proximorum potius, quam de inimici interitu necesse est, ut animus lætetur. Oportet namque, ut perente adversario, subtiliter pensare debeamus, & quid debemus ruine peccatoris, & quid iustitie ferienis. Nam cum petversum quemque omnipotens percutit, & condolendum est miseria percutientis, & congaudendum iustitiae judicis, ut nobis & in luctu sit poena morientis proximi, & rursum in gaudium veniat exhibita æquitas judicantis Dei: quatenus nec pereundi homini existamus adversarij, nec judicanti Deo inveniamur ingrat.

CAPUT XXXIII.

Ioan. 14. a In domo Patris mei mansiones multæ sunt.

De discre-
tione ope-
rationis. **Q**uoniam electis Dei in hac vita discretio ope-
rationis cale-
stum di-
gnitatum : ut quo hic alius alium merito su-
perat, illic alius alium retributione præcellat : & li-
In exp. B. lob. 1.4. c. 42
cet dignitas eadem omnibus non sit, una tamen erit
et l. 3. c. 24 omnibus vita beatitudinis : unde in Evangelio ipsa
et Hom. 16. Veritas dicit: *In domo Patris mei mansiones multæ sunt.* Si enim dispar retributionis in illa beatitudine
eterna non esset, una potius mansio quam multæ
essent. Multæ ergo mansiones sunt, in quibus di-
stincti bonorum ordines, & propter meritorum
consortium communiter larentur. Illi quippe, qui
diversis horis in vineam ducti venerunt, licet non
aqua laborassent, eundem tamen aquæ cuncti denari-
um percepserunt. Quia itaque ratione convenienter
mansiones multæ cum uno denario, nisi quia di-
versa quidem beatorum civium dignitates erunt,
sed tamen una requies æternæ retributionis? Nam
si dispar erit retributionis qualitas, quam opera di-
versa consequentur; una tamen est beatitudine, quam
illuc percipient, qui in multis mansionibus distin-
guuntur : & si dispar erit meritum singulorum, non
erit diversitas gaudiorum : quia etsi alter minus, &
alius amplius exultat, omnes tamen unum gaudium
de Conditoris sui visione laetificat; & una cunctis
est beatitudine, quanvis non una fit omnibus
sublimitas vite. In domo igitur Patris sui man-
siones multas esse Veritas dicit: quia in illa beatitudi-
nis vita non dispari, unusquisque juxta dispar meri-
tum, locum disparem percipit, sed ejusdem dispari-
litatis damna non sentit: quia tantum sibi, quan-
tum percepit, sufficit. In eisdem namque multis
mansionibus erit aliquo modo ipsa retributionum
diversitas concors: quia tanta vis amoris in illa pace
nos sociat, ut quod in se quique non acciperit, hoc
se acceperit in alio exultet: quas bene Paulus man-
siones juxta merita distributas insinuat, cum ait:
*1. Cor. 15. d Alia claritas luna, & alia claritas stellarum: stella
enim à stella differt in claritate.*

CAPUT XXXIV.

Ioan. 14. a Ego rogabo Patrem, & alium paracletum dabit vobis.

De opera-
tione S.
A spiratio sancti Spiritus humanam mentem tan-
tione. **A**spiratio sancti Spiritus humanam mentem tan-
tione. **A**gendō sublevat: & temporales cogitationes de-
spiritus. **A**primens, æternis hanc desideriis inflammat, ut ni-
In exp. B. hil ei jam nisi quæ superna sunt, libeat: & cuncta,
lob. 1.5. c. 20 quæ inferni de humana perfirunt corruptione cō-
temnatur. Unde & Veritatis voce dicitur: *Ego rogabo
Patrem, & alium paracletum dabit vobis, ut maneat
vobis in æternum, spiritum veritatis, quem mun-
dus non potest accipere.* Sicut enim idem paracletus, id est, post Mediatoris ascensum, alius humani generis consolator in fœmetipso invisibilis est: ita om-
nem, quem repleverit, ad desideranda invisibilia accedit: & quoniam mundana corda sola visibilia diligunt, hunc mundus non accipit, quia ad diligenda invisibilia non affurgit. Seculares enim men-
tes, quantò se foras per desideria dilatarant, tantò ad receptionem illius finum cordis angustant. Valde
quippe pauci in humano genere inveniuntur, qui à desideriorum carnalium forte purgati, ad perceptio-
nenem sancti Spiritus ipsa hac purgatione dilatantur.

CAPUT XXXV.

Qui diligit me, diligitur à Patre meo. *Ioan. 14. c*

FUere nonnulli, qui Deum dicerent etiam in illa De vide-
regione beatitudinis, in claritate quidem sua con-
do Deo, spici, sed in natura minimè videri: quos nimurum *In exp. B.* minor inquisitionis subtilitas fecellit. Neque enim illi simplici, & incommutabili essentia aliud est clari-
tas, aliud natura: sed ipsa natura sua claritas, ip-
sa claritas natura est. **Q**uod enim suis dilectoribus
hæc Dei sapientia se quandoque ostenderet, ipse
pollicetur, dicens: *Qui diligit me, diligitur à Pa-
tre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meip-
sum.* Ac si patenter dicat: Qui in vestra me cernitis,
restat ut in mea natura me videatis. Hinc rufus ait:
Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. *Mat. 5.*

CAPUT XXXVI.

*Si quis diligit me, sermonem meum serua-*Ioan. 14. c*
bit: & Pater meus diligit eum, & ad eum
veniemus, & mansionem apud eum fa-
ciemus.*

Viam Domino ad cor nostrum venienti facimus, De divina
cùm ad præceptum vitam præparamus. Man-
sionem in corde nostro, venienti Domino præpara-
mus, cùm Veritatis sermonem humiliter audimus, & cum dilectione servamus. Quisquis autem in superbia
mentem elevat, quisquis avaritia æstibus an-
helat, quisquis se inquisitionibus luxuria polluit,
cordis ostium contra Veritatem claudit; & ne Do-
minus ad se veniat, & mansionem faciat, animi
clastra seris vitiorum damnat.

CAPUT XXXVII.

Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. *Ioan. 14. c*

In Scriptura sacra aliter pax plena dicitur, & ali-
ter inchoata. Inchoatam quippe Veritas discipu-
lis dederat, cùm dicebat: *Pacem relinquo vobis, pa-*In exp. B.*
cem meam do vobis.* Et plenam Simeon desiderave-
rat, cùm exoraret, dicens: *Nunc dimittis seruum
tuum, Domine, secundum verbum tuum in Pace.* Pax
enim nostra ex desiderio Conditoris inchoatur. Ex
manifesta autem visione perficitur. Plena quippe
tunc erit, cùm mens nostra nec ignorantia cæcatur,
nec suæ carnis impugnatione percutitur.

CAPUT XXXVIII.

Item unde supra.

Sollicitè pacati debent curare, ne dum plus quam *Caro 7.49.*
perpetuam pervenire non appetant. Plerumque
enim gravius intentionem mentium rerum tran-
quillitas tentat, ut quod non sunt molesta, quæ ob-
tinent, eò minus amabilia fiant, quæ vacant: & quò
delectant præsentia, eò non inquirant aeterna. Un-
de & per fœmetipsum Veritas loquens, cùm terrenam
pacem à superna distinguere, & ad venturam disci-
pulos ex præsenti provocaret, ait: *Pacem relinquo
vobis, pacem meam do vobis:* relinquo scilicet transi-
toriam, do mansuram. Si ergo cor in eam, quæ re-
licta est, figurit, nunquam ad illam, quæ danda est,
pervenitur. Pax igitur præsens ita tenenda est, ut &
diligiri debeat & contemni, ne si immoderatè diligi-
tur, diligenter animus in culpa capiatur.

CAPUT XXXIX.

Ioan. 14. d.

Venit enim princeps hujus mundi.

Maligni spiritus non solum ingredientibus per mortis noscere. **E**vangel. 39. in puto ante fin. **P**ropter me mater mea. **N**am cùm Prophetā dicit: *Ecce enim in iniurias conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea*. Nemo sine culpa in mundo potuit esse, qui in mundum venit cum culpa. Constat enim quia omnes, qui de carnis delectatione concepti sunt, in eorum proculdubio vel actione, vel locutione, vel cogitatione aliquid suum principes mundi hujus habuit. Sed idcirco illos vel post capere, vel prius tenere non potuit, quoniam eos ille à debitis suis eripuit, qui pro nobis sine debito mortis debitum soluit: ut nos ideo sub jure hostis nostri debita nostra non teneant: quia pro nobis Mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus gratuitò reddidit, quod non debebat. Qui enim pro nobis mortem carnis indebitam reddidit, nos à debita anima morte liberavit. Ait ergo: *Venit enim princeps mundi hujus, & in me non habet quidquam*. Unde curandum nobis est, & cum magnis queridic flentibus cogitandum quam rapidus, quam terribilis sua in nobis opera requirens, in die nostrī exitus principes hujus mundi veniat: si etiam ad Deum carnē morientem venit, & in illo aliquid quasivit, in quo nihil inventare potuit, quid itaque nos miserū dicturi, quid acturi sumus, qui innumerā mala commisimus? Quid requirēti adversario, & multa sua in nobis invenienti dicemus, nisi solum quod nobis est certum refugium & solida spes: quia cum illo unum facti sumus, in quo princeps hujus mundi & suum aliquid requisivit, & inventare minimè potuit: quoniam solus est inter mortuos liber: & à D peccati jam servitus veraci libertate solvimus: quoniam ei, qui vera libertas est, unimur? Constat enim, nce negare possumus, sed veraciter fatemur, quia princeps hujus mundi habet in nobis multa, sed tamen in mortis nostra tempore jam nos rapere non valet: quia ejus membra sumus effecti, in quo non habet quidquam. Sed quid prodest, quod eidem Redemptori nostro per fidem jungimur, si ab eo moribus disjungamus? Ipse enim dicit: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum celorum*. Recta enim opera rectæ fidei sunt jungenda: mala quæ fecimus per quotidiana lamenta sunt diluenda, & ea quæ possumus, bona fratribus impendenda. Neque enim aliter Redemptoris nostri membra efficiuntur, nisi inhærendo Deo, & compatiendo proximo. Multum enim valer compassio fraterna, & nos omnipotenti Deo conjungunt misericordiae viscera. Inde enim ei, qui est super omnia, propinquamus, unde nos per compassionem proximi, etiam sub nosmetipso deponimus. In rebus corporalibus nemo alta tangit, nisi qui tenditur. In rebus quoque spiritualibus certum est, quia quantum plus per compassionem attrahimur, tanto altius verius appropinquamus.

CAPUT XL.

Sine me nihil potestis facere.

Ioan. 15. a.

Ex omnipotenti Dei gratia ad bona opera conantur quidem possimus, sed hæc implere, si ipse Dei, & ligno adjuvar, qui jubet, non valemus. Sic Paulus bero arbitriū discipulos admoneret, dicens: *Cum metu & tremore vestram ipsorum salutem operamini: illico quis in eis haec ipsa bona operaretur, adjunxit, dicens, Deus est enim, qui operatur in vobis, & velle inuitat & perficere pro bona voluntate*. Hinc est quod ipsa *Philip. 2. Veritas* discipulis dicit: *Sine me nihil potestis facere*. Sed in his considerandum est: quia si bona nostra sic omnipotenti Dei dona sunt, ut in eis aliquid nostrum non sit, cur nos quasi pro meritis æternam retributionem querimus? Si autem ita nostra sunt, ut dona Dei omnipotenti non sunt, cur ex eis omnipotenti Deo gratias agimus? Sed sciendum est, quia mala nostra solummodo nostra sunt: bona verità nostra & omnipotenti Dei sunt, & nostra, quia ipse aspirando nos prævenit, ut velimus, qui adjuvando subsequitur, ne inaniter velimus, sed possimus adimplere que volumus. Præveniente autem gratia & bona voluntate subseciente, hoc, quod omnipotenti Dei donum est, fit meritum nostrum. Quod bene Paulus brevi sententia explicat, dicens: *Plus illis omnibus laboravi*. Qui ne videretur sue virtutis tribuuisse quod fecerat, adjunxit: *Non autem ego, sed gratia Dei mecum*. Ac si diceret: In bono opere laboravi, non ego, sed & ego. In eo enim quod solo Domini dono præventus sum, non ego: in eo autem, quod donum voluntate subsecutus, & ego. Hæc breviter contra Pelagium dicta sunt, & Calestium.

CAPUT XLII.

Vos amici mei esis, si feceritis quæ
principio vobis.

Ioan. 15. b.

A Micus Veritas, est rectæ amator actionis. **D**e veritate mei esis, si feceritis quæ ego principio vobis. Amicus nis quippe animi custos dicitur: Unde & non immere-
tò, qui custodire voluntatem Dei in præceptis illius *In exp. B.* lob. l. 27. c. nititur, ejus amicus vocatur. Hinc est quod rursum *c. II.* eisdem discipulis Veritas dicit: *Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcumque audiri à Patre meo, nota feci vobis*.

CAPUT XLII.

Cum venerit Paracletus, quem ego mittam
vobis à Patre.

Ioan. 15. d.

Paracletum sanctum Filius à se discipulis promittit mittendum, qui se quoque à Patre missum est. **Q**uid signifidem alibi afferit, dicens: *Sicut misi me Pater, & ego Spiritus mitto vos*. In quibus verbis, quamvis missio intelligatur ejus incarnationis: Pater quippe Filium misit, qui *Homil. 26. in Evang.* hunc pro Redemptione generis humani incarnari constituit; tamen etiam juxta naturam divinitatis potest intelligi. Eo enim ipso à Patre Filius mitti dicitur, quo à Patre generatur; sic quoque sanctum Spiritum, qui cum sit Patri coæqualis & Filio, non tamen incarnatus est, eisdem se Filius mittere perhibet, *cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre*. Si enim mitti solummodo incarnari deberet intelligi, sanctus proculdubio Spiritus nullo modo mitti diceretur, qui nequam est incarnatus, sed ejus missio ipsa est processio, quæ de Patre procedit, & Filio. Sicut itaque Filius non incongrue

mitti dicitur, quia generatur; ita & Spiritus sanctus A
dicitur mitti, quia procedit.

CAPUT XLIII.

Ioan. 16. 4 Si non abiero, Paracletus non veniet
ad vos.

De amore spirituali. **D**ominus noster, ut fidem discipulis augeret, di-
In expof. B. xit: *Si non abiero, Paracletus non veniet ad vos.* Cūm enim conſtert, quia Paracletus spiritus ex Pa-
Iob. 1.8. c. 13 tre procedat ſemper & à Filio, cur ſe Filius recessi-
sub iur. rum dicit, ut ille veniat, qui à Filio nunquam rece-
Dial. lib. 2. dit? Sed quia discipuli in carne Dominum cernen-
c. 18. tes, corporeis hunc oculis ſemper videre ſitiebant, reče-
ctē eis dicitur: *Nisi ego abiero, Paracletus non ve-
niat;* ac fi aperte diceret: Si ad intentionis veſtra
oculus corpus non ſubtraho, ad intellectum vos in-
vifibilem per conſolatorem Spiritum non perduco.
Si corpus non ſubtraho, qui fit amor ſpiritus non
oſtendo: & niſi me defieritis corporaliter cernere,
nunquam diſcretis ſpiritualiter amare.

CAPUT XLIV.

Ioan. 16. 13 Amen dico vobis, quia plorabitis, & ſlebi-
tis vos, mundus autem gaudebit, vos au-
tem contristabimini, sed triftitia veſtra
vertetur in gaudium.

De conſolatione. **O**mnes qui Redemptoris nostri deſideriis accenſi-
In expof. B. ſtigant, adverſa patiuntur, cruciatuſ pauperum, perſequentiū tolerant, ſeque ipſos per lamenta ca-
Iob. 1.6. c. 10 ſigant: tantò ſublimiore in futuro laetitiam reci-
sub init. piunt, quād nunc cunctis mundi gaudiis devotè
Ioan. 15. moriuntur. Hinc eſt quād eadem Veritas dicit: *Vos
igitur nunc quidem triftiam habetis: iterum autem
videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſ-
trum nemo tollet a vobis.* Omnes enim, qui nunc
pro Dei amore diſcipiuntur, & pro eo temporaliter
affliguntur, verā laetitiam aeternaliter in caeleſti gloria
confolabuntur.

CAPUT XLV.

Ioan. 16. 28 Si quid petieritis Patrem in nomine meo,
dabit vobis. Vſque modo non petiſtis quid-
quam in nomine meo.

*Decoratio-
ne, & exau-
ditione.* **S**i omne, quod petimus, in nomine Filij dat nobis
Pater, quid eſt, quid Paulus ter Dominum ro-
gavit, & exaudiri non meruit, ſed dictum eſt illi:
Homil. 27. Suffici tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate
*Evang. poſt
med.* perficitur? Nunquid ille tam egregius prædicator in
Filij nomine non petiit? Quare autem non accepit,
quod petiit? Quomodo ergo verum eſt, quia quid-
quid petierimus in nomine Filij, dat nobis Pater, ſi
auferri a ſe Angelum satanas petiit Apostolus in
nomine Filij, & tamen quod petiit non accepit? Sed E
quia nomen Filij Iesu eſt, Iesu autem Salvator, vel
etiam Salutaris dicitur, ille ergo in nomine Salvato-
ris petiit, qui illud petiit, quod ad veram ſalutem per-
tinet. Nam ſi id, quod non expedīt, petiit, non
in nomine Iesu petiit Pater. Unde & ciſdem Apo-
ſtolis adhuc inſirmantibus Dominus dicit: *Vſque
modo non petiſtis quidquam in nomine meo;* Ac ſi a-
pertè diceret: Non petiſtis in nomine Salvatoris,
qui ſalutem aeternam querere neſciis. Hinc eſt quid
& Paulus non exauditur: quia non ei proderat ad
ſalutem, ſi à tentatione liberaretur. Cum ergo, fra-
tres chariſimi, conuenitis ad Eccleſiam, penſate
quæſo petições veſtras, videte ſi in nomine Iesu

petiſtis, id eſt, ſi gaudia ſalutis aeternæ poſtulatis. In
domo enim Iesu, Iesum non queritis, ſi in aeterni-
tatis templo impor tunè pro temporalibus oratis. Et
quidem cum haec deſunt, ab omnipotente Deo pe-
tenda ſunt: ſed meminisse continuo debemus, quid
ex mandato eisdem noſtri Redemptoris accepimus:
Quarue prium regnum Dei, & iuſtitiam ejus, & *Luc. 12.*
hec omnia adjiciuent vobis. Et haec itaque ab Iesu
petere, non eſt errare, ſi tamen non nimis pe-
tantur.

CAPUT XLVI.

Palam de Patre annunciao bo vobis.

Ioan. 16. 15. c **I**nfirmati noſtra Dominus non aperta ſpecie ma- *De cogni-*
tione dicitur: *De cogni-*
Ieſtatis ſuæ, ſed prædicatorum ſuorum loquitur *tione di-*
& corda adhuc carnalia carni lingua pulſat, *n. 1.*
ut tantò facilius inſueta percipient, quanto ea per *In expof. B.*
ſonitum conſuerūt audient. At poſtquam per mor- *Iob 1.9. c. 15.*
tem in pulvrem caro reſolvetur, & per reſurrec- *in prie-*
tionem pulvis animabitur, tunc de Deo audiērē verba *non quāremus:* quia unum iſum, quod implet om-
nia, jam per ſpeciem Dei verbum videbimus, &
ultra ad oſtoribus viæ predicationem accipere non
requiremus: tunc quippe impletibut, quod per Hier. 5.
Hie remiam Dominus dicit: *Non docebit ultra vir pro-
ximum ſuum, & vir parrem ſuum, dicens: Cognosce
Dominum:* Omnes enim cognofcent me à minimo eo-
rum uque ad maximum, dicit Dominus. Cūm ergo
nobis poſt reſurecutionem Dominus ostendetur per
ſpeciem, tunc ſemetipſum quomodo omnibus crea-
turis praefit, nobis inſinuabit: ac tunc deterſa noſtræ
mentis caligine, clara ſe viſione maniſtabit: &
tunc impletibut quod in Evangelio dicit ipsa Ve-
ritas: *Venit hora cum jan non in proverbiis loquar vo-
bis, ſed palam de Patre annunciao bo vobis.* Filius enim
de Patre palam annunciat, quia per hoc, quod ver-
bum eſt, ex natura nos divinitatis illuſtrat. Palam
itaque de Patre annunciare ſe aſſerit, quia per pate-
factam tunc maſteſtati ſue ſpeciem, & quomodo
ipſe genitor non impar oriat, & quomodo utro-
rumque Spiritus utrique coeternus procedat, oſten-
dit. Aperię namque tunc videbimus quomodo iſi
qui oriundus eſt, ei, de quo oritur, ſubsequens non
eſt, quomodo iſi, qui per processiōnem producitur,
a proferentiibus non praetinet. Aperię tunc videbi-
mus, quomodo & unum diſiſibiliter tria ſint, &
indiviſibiliter tria unum.

CAPUT XLVII.

Iesu ſciens que ventura erant ſuper eum, *Ioan. 11. 4*
proceſſit, & dixit: Quem quaritis.

Quam incomprehensibilis ſit, & inconſiderabi- *De paſſio-*
lis illa magnitudo, qua in ſeunda Dominus ne Domini
oſtentione venturus eſt, bene utrumque perpendi- *ne Domini*
muſ, ſi primi adventus pondera ſollicita conſidera- *atque po-*
tientia. *In expof. B.* Certè ut nos à morte redimeret, *Iob 1.9. c. 15.*
mori Dominus venit, & defectum carnis noſtre in poſt med.
ſuo corpi, paenque toleravit, qui priuquam
ad Crucis patibulum perveniret, teneri, conſupit
illudi, alapis cædi fe pertulit. Ecce ad quanta ve-
nire propter nos probra conſentit, & tamen priu-
quam ſe teneri permitteret, perſecutores ſuos requi-
ſiuit, dicens: *Quem quaritis?* Cui illlico reponde-
runt: *Iesum Nazarenum.* Quibus cum repente di-
ceret: *Ego ſum, vocem ſolummodo mitillina re-
ſponsionis edidit, & armatos perſecutores ſuos pro-
tinus in terram stravit. Quid ergo facturus eſt, cum
judicaturus venerit, qui in una voce hoſtes ſuos per-
tulit, etiam cum judicandus venit: quod eſt illud
judicium, quod immortalis exerit, qui in una voce
per morituruſ non potuit? *Quis ejus iram toleret,*
cujus*

cujus & ipsa non potuit mansuetudo tolerari? Nemo quippe celicordis ejus terrorem ferre poterit, cùm adventus secundi potentia per ignem judicium exercens, in sua potestatis maiestate canduerit.

CAPUT XLVIII.

Iean. 18, c. Adducunt ergo Iesum à Caïpha in prætorium ad Pilatum.

De invidia Iudeorum. **C**ontra antiquum hostem Prophetæ vocibus de iudeorum. Sancta Ecclesia in antiquo statu restauranda in expof. B. promittitur, & mala bestia non ascendet per eam. *Iob. 1, 27, c.* Antiquus quippe hostis nomine bestia accipitur, qui deceptionem primi hominis lœvus impedit, & integritatem vite illius male suadendo laniavit. Hæc bestia omnium reproborum corda possidet, ea per occultam malitiam quasi proptimum antrum tenet, & ad omne, quod nocere bonis appetit, in eorum se obscuris mentibus abscondit. An Iudeorum persequentium corda antrum hujus bestie non fuerunt, in quorum diu consilii latuit, sed repente vocibus erupit clamantium: Crucifige, crucifige? & ad lacerationem mentis pertingere tentando non potuit, in Redemptore nostro ad mortem carnis anhelavit. Hæc nimur bestia, & electorum corda tenuit, sed hanc ab illis moriens agnus excusavit. Unde & in Evangelio dicit: *Nunc principes hujus mundi ejicietur foras.* Intrate quippe in mentes bonorum potest, sed in eis morari non potest: quia cor justi hujus bestie antrum non est. Huius nimur bestie impulsu subita formidinis vietus, januam cordis negando Petrus aperuit: sed citius cognoscendo resistit, fendo clausit. Iudeorum autem persequentium corda non solum intrando hac bestia tenuit, sed etiam tenendo, & immorando possedit: quia & prius in eis cogitationes usque ad iniqua desideria, & post iniqua desideria usque ad nequissima opera perduxit. Quantum namque, in eorum mentibus demorata sit, discimus, cum illorum consilia atretatione narrationis Evangelicæ audimus. In illa namque describitur, cùm Redemptorem nostrum vivificare mortuos cernerent, in ejus morte crudelitatis anxietate insanirent: quot explore contra illum prava desideria ardenter vellent, sed populum timerent: quot occasiones occidendi quererent, & inventire non possent: quot ad votum sue nequitia manibus alienigenarum usi sunt: quoniam eum, quem legaliter interimeri ipsi non poterant, feriendū Gentibus tradiderunt: ut ex sola potestate præses Romanus ageret, quod ipsis ex soli malitia anhelaerent, ut agi debuisset: invidia quippe malitia pleni fuerant, qui vissi miracula invidentes, dicebant: *Ecce mundus totus post eum vadit.* Conspiciebant signa, cernebant per ministros ejus miracula, totum jam mundum fidei prævidebant securum prædicamenta: à Iudeis igitur incidentibus surrexit malitia persecuens, & à Gentilibus potesta premens. Neque enim miracula fieri legis præcepta vetuerant, & ramen Judæi pro eisdem miraculis interimeri generis humani Redemptorem quererant. Unde hoc, quod ceperant, explore non valentes, ad Pilati prætorium concurrerant, ut ipse hunc perimeret, quem iniuste perire lex nulla cohiberet. Quod autem ex invidia Judæi petit, hoc Gentilis Judex ex auctoritate Romana perpetrat.

CAPUT XLIX.

Iean. 19. Ingressus prætorium Pilatus, dicit ad Iesum: *Vnde es tu?* Iesus autem responsum non dedit ei, etc.

De constâ. **I**n hac vita qui nulla prospira appetit, nulla ad-
titia Redem-
ptoris. Iverfa proculdubio pertimescit; & nequaquam ter-
rificat. S. Greg. Tom. III.

A ret, illum exterius numerus hominum, q̄tēm non de- *In expof. B.*
vaftat interius turba viriorū. Unde Redemptor no- *Iob. 1, 22, c.*
ster ad multitudinem nimiam non expavit, qui perfe- *13 post med.*
cutores suos cum gladiis, & fustibus venientes, una
tantum response percultis, dicens: *Ego sum.* Ipsum
etiam contemptus, & despectio propinquorum non
terrunt, qui nos ab aternis suppliciis liberans, in fa-
cie palmas & quanmiter accepit. Ipse tacuit, & qui
eſſer non ostendit, qui sub ipsa jam hora passionis
cū humanitatis infirma patetur, divinitatis po-
tentiam exercere noluit. Médiator quippe Dei & ho-
minum, qui eſſer, apparuerit, si cū teneretur, ut
homo, majestatis sua potentiam voluisse ostendere,
& per divinitatis magnitudinem suscep̄t carnis in-
firma transire: ut eam apertius homo mori posset,
Deus mansit occultus: *Qui si cognovissent, nunquam*
Dominum gloria crucifixissent. Requisitus corpus pas-
sionis obtulit, quod pro electis assumperat, & resi-
stantibus noluit demonstrare, quod erat. Infirmita-
tem persecutoribus suis prodidit, potentiam vero
sue majestatis, & divinitatis occultavit.

CAPUT L.

Non haberes in me potestatem, nisi tibi data *Iean. 18,*
effe desper.

Sathanæ membra sunt omnes, qui ei perversè vi-
vendo junguntur. Membrum quippe ejus Pilatus te, & ex-
stitit, qui usque ad mortis extrema venientē, in re-
demptionem nostram Dominum non cognovit. Dominius
Corpus ejus sacerdotum Principes exiterunt, qui *In expof. B.*
Redemptorem mundi à mundo repellere, usque ad *Iob. 1, 5, c. 12*
Crucem persequendo conatisunt. Membra illius ex-
ante med.
titerunt qui juxta prophetæ vocem dicunt: *Mitra Hier. II,*
mus lignum in panem ejus, & eradamus cum de ierra
viventium. Lignum quippe in panem ejus mittere,
est configendo ejus corpori stipitem crucis adhibere,
& vitam illius de terra viventium eradicare se posse
estimant, quem dum mortalem conspicunt, finiri
morte suspicantur. Cū ergo se pro nostra redem-
ptione Dominus membrorum Satanæ manibus tra-
didit, quid aliud quam ejusdem Satanæ manum in
se lœvire permisit, ut unde ipse exterius occumbe-
ret, inde nos exterius interiusque liberaret? Pote-
statem iraque corporis Satanæ usque ad spuma, col-
aphos, flagella, crux, lanceamque toleravit. Unde *Iean. 19,*
& Pilato ejus videlicet corpori, ad passionem ve-
niens, dicit: *Non haberes in me potestatem, nisi tibi*
data effe desper. Sed tamen hanc potestatem, quam
contra se eī extrinsecus dederat, suis servire lucris
intrinsecus compellebat. Pilatus enim vel Satan,
qui ejusdem Pilati caput extiterat, sub potestate il-
lius, super quam potestatem accepérat tenebatur:
& superior ipse disposerat hoc, quod inferius acce-
dens à persecutore tolerabat; ut cū ex mala mente
infidelium surgeret, utilitati tamen electorum omo-
nium ipsa quoque crudelitas deserviret. Piè igitur
disponebat intus, quod semetipsum pati nequiter
pertinebat foris. Hinc est enim quid de illo in
cœna dicitur: *Sciens Iesus, quia omnia dedit ei*
Pater in manus, & quia a Deo exiit, & ad Deum
vadit, surgit a cōa, & ponit vestimenta sua. Ecce
in manus persequentiū iturus, sciebat quid in
manu sua ipsis etiam persecutores accepérat. Qui
enim omnia accepisse se noverat, constat quia ipsis,
à quibus tenebatur, tenebat, ut in se ipse ad usum
pietatis intorqueret, quidquid eorum circa se mali-
tia permissa tenebat.

CAPUT LI.

Ioan. 19. d. Suscepserunt autem Iesum à Pilato sibi traditum, & educentes in eum, qui dicitur Calvaria locum ubi eum crucifixerunt.

De perfidia Iudeorum. **A**ntiquus ille Iudeorum populus, qui fidelis esse rum. *In expos. B.* ut sua perfidia deceptus, contra ipsum post insurge ret, quem ante prædicavit. Summi quippe sacerdotes & seniores populi suo consilio ei conabantur ob sistere, quem prius prædicabant venturum esse. Cumque nomen ejus persequendo molirentur extingue re, decepti suā malitiā per invium frustra conabant incedere: quia eorum crudelitati via non poterat patere contra Autorem omnium. Terre bantur quidem, cùm Autoris omnium tot miracula cernerent, virtutes viderent, sed credere renuen tes, adhuc signa requirebant, cùm dicarent: *Quod ergo tu facis signum, videamus, & credamus tibi, quid operaris?* Aliquando etiam ostendebant cre dere, cùm dicarent: *Nisi hic esset à Deo, non poterat facere quidquam.* Aliquando vero hunc à Deo esse denegabant, cùm deliciantes dicerent: *Nonne hic est fabri filius: nonne mater ejus dicitur Maria, & fratres ejus Iacobus, & Ioseph, & Simon, & Judas: & sorores ejus nonne omnes apud nos sunt?* Videbant quippe suscitare eum mortuos, & tamen esse mortalem: quis non crederet Deum, quem conspiciebant suscitare mortuum? Sed rursum, cùm hunc mortalem conspicerent, despiciebant credere hunc esse Deum immortalem. Per hoc ergo quoddam omnipotens Deus talente se eorum oculis exhibuit, qui posset & divina ostendere, & humana pati, errare eos quasi ebrios fecit. Omnis quippe qui errat, nunc illuc ducitur, ut eorum superbia, quaē incarnationis ejus mysterium despiciere maluit, quam sequi, & extolleret contra ejus humanitatem, & divinitatem. *In expos. B.* ejus potentiam miraretur intus lucentem. Tandem *Iob. l. 9. c. 11.* igitur ministri, manusque diaboli facti sunt, quia in posse med.

In expos. B. **D**icitur ministris, manusque diaboli facti sunt, quia in Redemptoris nostri morte grassati sunt. Antiquus quippe hostis Redemptoris mentem corrumpere per se tentando non valuit, sed ejus carnem per suos satellites ad triduum permisus extinxit: & dispensationi superna pietatis, nesciens ex hac ipsa permissione servivit. Tribus etenim Redemptorem nostrum tentationibus pulsans, cor Dei temerare non valuit: sed cùm Iudei mentem ad carnis ejus mortem excitavit, cumque ei cohortem atque à Pontificibus & Pharisais ministros tradidit, nimis ipse diabolus ad carnem ejus manus extendit. Satellites enim ejus & ministri, Sacerdotes & Principes, Pilatus atque milites illusores fuerunt, quorum vulnus & corda operuit, & excavavit: & ne suum Autorem cognoscerent, malitia nubilo velavit. Vul tus quippe ministrorum ejus opertus extitit: quia mens persequentium eum, quem carne tenere potuit, Deum nec per miracula agnoverunt. Unde per Paulum dicitur: *Vñque in hodiernum diem, cùm legitur Moyses, velamen est positum super cor eorum: Qui rur sus ait: Si enim cognovissent, nunquam Dominum glorise crucifixissent.*

CAPUT LII.

Ioan. 19. f. Et inclinato capite Iesus emit spiritum.

De vera morte, & umbra mortis. **S**icut vera mors est, qua anima separatur à Deo, ita umbra mortis est, qua caro separatur ab anima. Mediator autem Dei, & hominum solam pro nobis mortem carnis suscepit, & veram mortem delinquentium per umbram suæ mortis delevit. Ad nos quippe venit, qui in morte spiritus, carnisque

A tenebamur: unam ad nos suam mortem detulit, & duas nostras quas reperit, solvit. Si enim ipse utramq; suscepisset, nos à nulla liberaret: sed unam misericorditer accepit, & utramque justè damnavit. Simplam suam dupla nostra contulit, & duplam nostram moriens subegit. Unde & non immerito uno die in sepulcro, & duabus noctibus jacuit: quia videlicet lucem sue similes mortis tenebris dupla nostra mortis adjunxit. Qui ergo solam pro nobis mortem carnis accepit, umbram mortis pertulit, & à Dei oculis culpam, quam fecimus, abscondit. Ut igitur nos à morte carnis & spiritus debitores eriperet, mortem carnis Dominis non debens solvit.

CAPUT LIII.

Oportebat Christum resurgere à mortuis. *Ioan. 20.*

Universum hoc tempus septem diebus evolvi tur, æterna vero dies octava est, quæ exulta fe rectione dierum vii slitudine sequitur. Per octonarium Domini, quippe numerum resurrectio & gaudii futura beatitudinis significatur. Hujus octonarij numeri causa est: quod post sabbatum voluit Dominus à morte resurgere. Dies quippe dominicus, qui tertius est à morte dominica, a conditione dierum numeratū octavus, quia septimum sequitur. Unde & ipsa vera Redemptoris nostri passio, & vera resurrectio figura vit aliquid de suo corpore in diebus passionis sue: sexta enim feria passus est, sabbato quiete in sepulcro, dominico autem die resurrexit à morte. Præ sens enim vita nobis adhuc sexta est feria; quia in doloribus ducitur, & in angustiis cruciatur, sed sabbato quasi in sepulcro quiescimus; quia requiem animæ post corpus invenimus: dominico vero die, videlicet à passione tertio, à conditione, ut diximus, octavo, jam corpore à morte resurgentem, & in gloria animæ etiam cum carne gaudebimus. Quod ergo mirè Salvator noster in se fecit, hoc veraciter in nobis signavit: ut nos & dolor in sexta, & requies in septima, & gloria recipiat in octava.

CAPUT LIV.

Tulerunt Dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum. *Ioan. 20. 1.*

Aliquando Scriptura sacra totum pro parte con scilicet ponere, sicut hic ad monumentum Maria præfata conqueritur, dicens: *Tulerunt Dominum meum.* **S**olum quippe dominicum corpus in monumento ja cuerat, & illud solum Maria quæstura venerat. **D**um *In expos. B.* ergo quasi totum simul dominum sepultum deplo rabat, & non corpus domini, sed dominum subla *Iob. l. 3. c. 10.* non precebat, videlicet ex toto partem significabat. *Homil. 13. in Euseb. ante med.*

CAPUT LV.

Cum esset sero die illo una sabbatum, & fo res essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metum Iudeorum, venit Iesus, & stetit in medio eorum. *Ioan. 20. 6.*

Post Domini passionem apostoli pro mentis te neritudine, & formidinis infirmitate, clausis foribus residuebant. Cū enim nequaquam contra mē bradiaboli in voce libera prædicacionis exurerent: & nequid post passionem domini, sancti spiritus infusione solidati, Redemptorem suum auctoritate firma prædicarent, adhuc contra adversarios suos, quasi in antris insidiabantur. Clausis quippe foribus, quasi in quibusdam abditis specubus suis catuli rapturi mundum cubabant, ut animarum pt.

Act. 10.

Luc. 24.

dam postmodum præsumentes diriperent, de quibus tunc certum est, quod mundi imperium etiam sibi metipis latendo formidarent. Illis foribus clausis, isti catuli mortem nostra mortis insidiati quæsierunt, ut culpam nostram interficerent, omnemque in nobis peccati vitam necarent. Horum primo illi effuerint catulo, sed jam valenti, ostensa per linteum Gentilitate, quasi monstrata præda dicitur: *Mælla, & manduca: his catulis velut adhuc infirmis, ut in antris cubare debeant, jubetur, cùm eis voce Dominica dicitur: Sedete hic in civitate, quoadusque induamini viriute ex alto.* Apostoli enim rectè catuli sanctorum Ecclesie vocari posunt, qui in Ecclesia editi adversantem mundum ore & prædicatione sua raperunt.

CAPUT LVI.

Evan. 20. f Accipite Spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.

De gratia spiritus sancti. **Q**uos sancti Spiritus replet gratia, prius eos de terrena actione terrificat, & postmodum spe callestium consolatur: ut tantò pote confundo de præmis gaudeant, quanto prius sola supplicia conspicendo metuebant. Cùm igitur sancti Apostoli nequaquam contra membrum diaboli in vocem liberæ prædicationis affligerent, & nequum post passionem Domini, sancti Spiritus infusione solidati, Redemptorem suum auderent auctoritate firma prædicare, & pro mentis teneritudine & formidinis infirmitate una sabbatorum clausis foribus propter metum Iudæorum, residentes metuerent exire: veniens Dominus & stans in medio corum insufflavit, & dixit eis: *Accipite Spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.* Ecce conversorum terror vertitur in protestatem: quia cùm mala sua pœnitendo puniunt, usque ad exercendum judicium ascendunt: ut hoc in Deo posse accipiant, quod prius ipsi deo metuebant. Judices quippe sunt, qui supernum judicium perfectè timuerunt: & aliena peccata dimittere jam incipiunt, qui prius ne sua retinerentur, formidaverunt. Liber autem intueri, fratres charissimi, discipuli Domini ad tanta onera humilitatis votati, ad quantum culmen gloriae sint perduci. Ecce non solum de semetiphs securi sunt, sed etiam obligationis aliena potestatem relaxationis accipiunt: principatum superni judicis fortuntur, ut vice Dei quibulam peccata retineant, quibusdam relaxent. Sic sic eos à Deo decebat erigi, qui tantum pro Deo conserferant humiliari. Ecce qui distictum Dei judicium metunt, animarum judices sunt: ut alios damnent vel liberent, qui semetiphs damnati metuebant.

CAPUT LVII.

Rom. 21. c

Venite, & prandete.

De æterna refectio celestis partia.

Resurgens Dominus, apparens ultimo jam convivio cum septem discipulis comedisse describitur, quia hi, qui in illo nunc perfecti sunt, æterna per illum refectio satiantur. Petrus quippe & Thomas, Nathanael, filii Zebedai & alij ex discipulis eius duo cum eis fuisse memorantur. Cur autem cum septem discipulis ultimum convivium celebrat, nisi quod eos tantummodo qui septiformi gratia sancti Spiritus pleni sunt, futuros secum in æterna refectio denunciat? Septem quoque diebus omne hoc tempus evolvitur, & sèpè septenario numero perfectio designatur. Illi ergo ultimo convivio de praesentia veritatis epulantur, qui nunc perfectionis

S. Greg. Tom. III.

A studio terrena transcendunt, quos amor hujus mundi non ligat, quibus etiæ utcumque per tentamenta obstrebit, cœpta tamen eorum desideria non retundit. De hoc extremo convivio alibi per Joannem dicitur: *Beati, qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt.* Idcirco enim non ad prandium, sed ad cœnam vocatos narrat, quia nimurum in fine diei convivium cena est. Qui ergo finito præsentis vita tempore ad refectioem superna contemplationis veniunt, non ad agni prandium, sed ad cœnam vocantur. Quæ videlicet cœna hoc ultimo convivio exprimitur, cuius septem discipuli adesse memorantur: quia illos, ut diximus, tunc interna refectio reparat, qui pleni nunc septiformi gratia in amore spiritus anhælant. Hanc refectioem bonus pastor ovibus suis vocem suam audiuntibus, & sequentibus promittit,

B dicens: *Per me si quis invokerit, salvabitur, & ingredietur & egredietur & pascua inveniet.* Ingreditur quippe ad fidem, egreditur verò à fide ad speciem, à credulitate ad contemplationem: pascua autem invenit in æterna refectio. Oves ergo ejus pascua invenient: quia quisquis illum corde simplici sequitur, æterna viriditas pabulo nutritur. Quæ sunt autem istarum ovi pascua, nisi interna sempiterna vita paradisi gaudia? Pascua namque electorum sunt vultus prefens Dei, qui dum sine defectu conspicitur, fine mens cibo satiatur. In ipsis pascuis de æternitatis satietate letati sunt, quique jam laqueos voluptuosæ temporalitatis evaserunt. Ibi hymnidici Angelorum chori: ibi societas supernorum ciuium: ibi dulcis solemnitas a peregrinationis hujus tristis labore redeundum: ibi providi Prophetarum chori: ibi judex Apostolorum numerus: ibi innumerabilem Martyrum victor exercitus, tantò illic letior, quantò hic durius afflictus: ibi Confessorum constantia præmij sui perceptione consolata: ibi fideles viri, quos à virilitate sua robore voluptas saceruli non potuit emollire: ibi sanctæ mulieres, quæ cum seculo & fama vicerunt: ibi pueri, qui hic annos suos moribus transcederunt: ibi senes, quos hic & ætas debiles reddidit, & virtus operis non reliquit. Quæramus ergo, fratres, hæc pascua, in quibus cum tantorum ciuium solemnitate gaudeamus, ipsa nos letantium festivitas invitet. Ecce in caelestibus electorum ciuium latitia agitur, de se vicissim omnes in suo conventu gratulatur, & ramen nos ab amore

æternitatis tepidi, nullo desiderio ardentes, interesse tantæ solemnitatæ non querimus, privamus gaudiis, & leti sumus. Accendamus igitur animum, fratres; recalefac fides in id, quod credidit; inardefac ad superna desideria nostra, & sic amare, jam ire est. Ab interna solemnitatæ gaudio nulla nos adversitas revocet, nulla nos prosperitas blandiens seducat. Toto ergo desiderio ad supernam patriam animus anhelet: nihil in hoc mundo appetat, quod constat, quia cœli relinquat, ut si caelestis pastoris veraciter oves sumus, quoniam in vita delectatione non figimur, æterna pascuis in perventione satiemur. Hæc ergo, fratres, nobis cum agamus, septiformi sancti Spiritus gratia repleti desideremus: qui nos in futurum sequi possit, ex præsenti perpendamus. Pensamus, si sancto Spiritu pleni sumus, & sic noscimus; si ad æterna pascua refectio, si ad illud ultimum convivium pervenire valeamus. Quisquis enim ille est, quem nunc Spiritus iste non reparat, profectò ab illa æterni convivij refectioje jejunat: meminisse debemus quid de eodem Spiritu dicat Paulus Apostolus: *Si quis spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* Quasi quidam titulus divinae possessionis est iste Spiritus amoris. Nunquidnam Spiritum Christi habet is, cuius mente odia dissipant, elatio inflat, ira usque ad divisionem mentis exasperat, avaritia cruciat, luxuria enervat? Pensare debemus quis sit Christi Spiritus: profectò ille, qui facit amicos & inimicos diligenter.

Nnn ij

E pleri desideremus: qui nos in futurum sequi possit, ex præsenti perpendamus. Pensamus, si sancto Spiritu pleni sumus, & sic noscimus; si ad æterna pascua refectio, si ad illud ultimum convivium pervenire valeamus. Quisquis enim ille est, quem nunc Spiritus iste non reparat, profectò ab illa æterni convivij refectioje jejunat: meminisse debemus quid de eodem Spiritu dicat Paulus Apostolus: *Si quis spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* Quasi quidam titulus divinae possessionis est iste Spiritus amoris. Nunquidnam Spiritum Christi habet is, cuius mente odia dissipant, elatio inflat, ira usque ad divisionem mentis exasperat, avaritia cruciat, luxuria enervat? Pensare debemus quis sit Christi Spiritus: profectò ille, qui facit amicos & inimicos diligenter.

*Hom. 24. in
Evang. post
med.
Ivan. 10.*

*Hom. 24. in
Evang. non
procu'la'sin.*

Rom. 8.

935

rena despici, pro cælestibus æstuar, carnem propter A
vitia conteri, mentem à concupiscentiæ frenari. Si

ergo volumus cognoscere possessiones Dei, personam perpendamus postfloris nostri. Ecce enim quod diximus, voce veridici Paulus clamat: *Si quis*
Spiritus Christi non habet, hic non est ejus. Ac si a-

perte dicat: *Qui nunc Deo inhabitante non regitur, de divina claritatis specie postmodum non lætatur.* Sed nos tamen, qui ad hæc, qua dicta sunt, infir-

mamur, necedum culmen perfectionis attingimus, in via Dei quotidie sancti desiderij gressus ponamus.

Consolatur nos Veritas, quæ per Psalmistam dicit: *Imperfictum meum viderunt oculi tui.*

Non omnino erit nobis noxia imperfictio nostra, si in Dei itinere constituti, & ad transfacta non respicimus, & ad ea,

qua reftant, transire festinamus. Nam quem imper-

fectorum desideria indignanter inflammant, hunc quandoque ad perfectionem Dominus noster Jesus Christus roborat: qui pro peccatoribus carnem sine

peccato assument, de calis ad terras descendit: & pro humano genere, quod pro culpa primi parentis morti perpetue fuerat obnoxium, qui morti nihil

debet, occubuit. Hinc est quod nos quotidie ad vitam post culpas revertimur, quoniam ad penam nostram Conditor sine culpa descendit. Ecce jam antiquus hostis ea, qua de humano genere spolia

ceperat, amist: & quo jure tenebat, mortales per-

didit: quoniam eum, in quo jus non habuit, morte appetere immortalem præsumpsit. Quotidie pecca-

tores ad vitam revertuntur, & post perpetratas cul-

pas ad innocentiam per pœnitentiam remedium con-

vertuntur. Adeo testis divina misericordia Maria

intercessio. Magdalene, de qua Pharisæus dum pietatis fontem

vellet obstruere, dicebat: *Hic, se est Propheta, sciri-*

ret utique, qua & qualis est mulier, que tangit eum,

quia peccatrix est. Sed latit lacrymis maculas cordis &

& corporis, & Redemptoris sui vestigia tergit, quæ

itinera sua prava dereliquit. Sedebat ad pedes Iesu, verbumque de ore illius audiebat, viventi adhæserat, mortuum querebat, vivente sperat, quem mortuum quæsivit. Tantumque apud eum locum

gratiae inventum, ut illum viventem ipsi quoque Apo-

stolis, ejus videlicet nunciis, ipsa nunciat. Quid itaque, fratres, quid in hac re debemus aspicere, nisi

immensam misericordiam Conditoris nostri? Qui nobis, velut in signo, exemplum pœnitentia posuit

eos, quos per pœnitentiam vivere post lapsum fecit. Perpendo etenim Petrum, considero Latronem, al-

picio Zachæum, intueor Mariam, & nihil in his aliud video, nisi ante oculos nostros posita spei &

pœnitentia exempla. Fortasse enim in se lapsum est

aliquis, aspiciat Petrum, qui amare flevit, quod ti-

midè negaverat. Alius contra proximum suum in

malitia crudelitatem exarist, aspiciat Latronem, qui

& ipso mortis articulo ad vitæ præmia pœnitendo

pervenit. Alius avaritia æstibus anhelans, aliena

diripuit, aspiciat Zachæum, qui, si quid alicui abflu-

lit, quadruplum reddidit. Alius libidinis igne succen-

sus, carnis munditiæ perdidit, aspiciat Mariam, que in

se amorem carnis igne divini amoris excoxit. Ecce

omnipotens Deus ubique nostris oculis, quos imi-

tari debeamus objicit, ubique exempla sua miseri-

cordia opponit. Mala ergo jam displicant vel ex-

perita. Libenter obliviscitur Deus, quod nocentes

fuimus: paratus est nostram pœnitentiam deputare

nobis ad innocentiam. Inquinati igitur post aquas

salutis, renascamur ex lacrymis. Itaque juxta primi

Pastoris vocem: *Sicut geniti infantes, lac concipi-*

cite, redite parvuli filij ad sinum nostræ matris eter-

nae sapientie fugite larga ubera pietatis Dei. Et si

transfacta plangitis, imminentia vitæ. Redemptor

enim noster momentaneos fletus nostros eterno con-

solabitur gaudio.

*Ibidem.**Psal. 138.**Hom. 25. in*
Evang. pro-
*col. a. fin.**Luc. 7.**Math. 26.**Ex. Pet. 2.*

CAPUT LVIII.

Simon Ioannis, amas me?

Ioan. 21. d.
De culmine
regiminis.
Cura Paf.
P. I. c. 5, m.
princ.

SUnt nonnulli, qui eximia virtutum dona percipiunt, & pro exercitatione ceterorum magnis muneribus exaltantur, qui studio castitatis mundi, abstinentiæ robore validi, doctrinæ dapibus referti, patientia longanimitate humiles, auctoritate fortitudinis erecti, pietatis gratia benigni, justitiae severitate districti sunt. Qui nimis culmen regiminis si vocati suscipere renunt, ipsa sibi plerumque dona admittunt: quæ non pro se tantummodo, sed etiam pro aliis accepunt. Cum sua, & non aliorum lucra cogitant, ipsiæ, quæ parata appetunt habere, bonis privat. Huc namque Veritas ad discipulos dicit: *Non potest civitas abscondi super montem posita: neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modo, sed super candelabrum, ut luceat omnibus,* qui in domo sunt. Hinc Petro ait: *Simon Ioannis, amas me?* Qui cum se cum amare protinus respondist, audivit: *Si diligis me, pascere oves meas.* Si ergo dilectionis est testimonium cura passionis, quisquis virtutibus pollens, gregem Dei renuit pascere, pastorem summum convincitur non amare. Beato ergo Petro primo pastori, Dominus noster bonus pastor, ante passionem suam dans claves regni cælestis, ait: *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in celis; & quodcumque solveris, super terram, erit solutum & in celis.* Post resurrectionem vero suam, tandem ligandi & solvendi potestatem communiter discipulis cum beato Petro commisit, dicens: *Quorum remissiis peccata, remittantur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.* Horum profecto nunc in Ecclesia Episcopi, & ceteri pastores locum tenent: solvendi, & ligandi suscipiunt auctoritatem, qui gradum regiminis sortiuntur. Grandis honor, sed grave pondus istius est honoris. Durum quippe est, ut qui nescit tenere moderamina vita sua, judex vita fiat alienæ. Et plerumque contingit, ut hæc judicij locum teneat, cui ad locum vita minimè concordat: ac sepe agitur, ut vel damnet immitteros, vel alios ipse ligatus solvat: sape ergo quoslibet odio vel gratia moverat, & in illis solvendis ac ligandis subditis sua voluntatis motus, non autem cautarum merita sequitur: unde sit, ut ipsa ligandi & solvendi potestate se privet, qui hanc pro sua voluntate, & non pro subiectorum moribus exercet. Sub magno igitur moderatione pastores Ecclesie vel solvere studeant, vel ligare: sed utrum iustè obligat pastor, pastor tamen sentientia gregi timenda est; ne is, qui subest, & cum iustè forsitan ligatur, ipsam obligacionis sue sentientiam ex alia culpa mereatur. Pastor ergo, vel absolvere indiscretè timeat, vel ligare. Is autem, qui sub manu pastoris est, ligari timeat vel iustè, nec pastoris sui iudicium temere reprehendat; ne est iustè ligatus est, ex ipsa temerarie reprehensionis superbia, culpa, quæ non erat, fiat.

CAPUT LIX.

Cum senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget.

Ioan. 21. d.
De metu
mortis, &
gaudio re-
surrecio-
nis.

In expo. 8.
Job. 1. 1. 16.
sub init.

FOrtis quisque prædictor cum certamen passio-

nis sibi propinquare considerat, de exercitio vir-

titus exultat; nec terreor pugnat periculo, quia vi-

ctorie letatur triumpho. Sed si prædictor fortis

gloriam passionis appetit, si discrimen mortis subire

pro Domino lætus querit, quid est quod ipsi fortissi-

mo prædictori, qui ex robusto corde virtutem tra-

xit in nomine, Petro Veritas dicit: *Cum senueris ex-*

pendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo non

vis? Quomodo de passione gaudet, qui cinctus ab

alio ire quid ducitur, non voler? Sed si pensamus quāliter animus appropinquate passione & mortis metu quatitur, & tamen de venturo regni præmio lætatur intelligimus, quo modo gloriōsi certaminis subire periculum volens nolit: quia & in morte confederat, quod tolerans paveat: & in fructu mortis aspicit, quod appetens querat. Nēque enim si plenissimè Petrus nollet, pro Christo pati potuisset; sed martyrium, quod per infirmitatem carnis noluit, per virtutem sp̄iitū amavit. Qui dum per carnem ad pœnas trepidat, per sp̄itum ad gloriam exultat:

*Hom. 3. in
Evang.
circ. med.*

*In exp. B.
Ioh. 1,1.c.16
Job int.
Philip. 2.
2.Cor. 3.*

actumque est, ut cruciatum martyrij nolendo volueret, sicut nos quoque cū gaudium quārimus salutis, amarum poculum sumimus purgationis. Amaritudinē quidem in poculo dispergit, sed restituenda per amaritudinem salus placet. Videamus Paulum quomodo amet quod refugit, quomodo refugiat quod amat, ait enim: *Desiderium habens dissolvi, & cum Christo esse: & mihi vivere Christus est, & mori lucrum.* Et tamen dicit: *Qui sumus in hoc habitaculo, in gemiscimus gravati, eo quid nolumus expoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur, quod mortale est à vita.* Ecce & mori desiderat, & tamen expoliari carne formidat. Cur huc: Quia etiā victoria in perpetuum lætitat, ipsa nihilominus ad præsens pœna perturbat. Et quamvis vincat amor subseqentis muneris, tangit tamen non sine mōrere animum pulsus doloris. Sicut enim vir fortis cum vicino jam belli certamine armis accingitur, palpit, & festinat: & tremit, & sicut, quasi pavore per pallorem cernitur, sed per iram vehementer urgetur: ita vir sanctus cū propinquare passioni se conspicit, & natura sua infirmitate concutitur, & spei sua soliditate roboratur, & de vicina morte trepidat, & tamen quid moriendo verius vivat, exultat. Ad regnum quippe non potest, nisi interposita morte transire, & idcirco confidit quasi ambigit, & quasi ambigendo confidit, & gaudent metuit, & metuens gaudet: quia scit quid ad bravium quietis non perveniat, nisi hoc quod interjacet, cum labore transcendat. Sic nos cū morbos à corpore repellere cupimus, tristes quidem, ut suprà diximus, amarum purgationis poculum sumimus, certi verò de subsequenti salute gaudemus. Quia enim pervenire corpus aliter ad salutem non valet, in potu libet etiam quod tñdet. Cumque amaritudini ineffe vitam animus conspicit, mōrere turbatus hilarebit. Bene ergo Dominus beato Petro prædicatori suo fortissimo post resurrectionem suam de futura ejus passione prædictum: *Cum seneris, extendes manus tuas, & aliis te cinget, & ducet, quòd non vis: quoniam etiā ut homo ad vim perfectionis & mortis trepidavit, per spei tamē certitudinem ad præmium remunerationis exultat: quoniam erat vis interior amoris, qua dolorem vinceret carnis.* Nos igitur, fratres charissimi, Redemptorem nostrum pro nobis paſsum, & mortuum verè resurrecte scientes, & nos quoque in futuro resurrectos, & ei de nostris actibus rationem reddituros certissimè credentes, beatum Petrum imitantes, in quantum possumus, adversitates, & hujus mundi persecutions pro vita perennis gloria patienter, & gaudenter sustineamus. Despiciamus cuncta praefixa, nulla etenim sunt in hoc mundo, que transire possunt. Turpe sit diligere quod constat cito perire. Non nos terrenarum rerum amor superret, non superbia influet, non ira dilaniat, non luxuria polluat, non invidia consumat. Amore nostro, fratres charissimi, Redemptor noster occubuit, & nos amore ejus discimus vincere nosmetipso. Quod si perfectè agimus, non solum imminentes pœnas evadimus, verùm etiam cum beato Petro & ceteris martyribus communī gloria remuneramur. Nam quamvis occasio desit perfectionis, haber tamen pax nostra martyrium suum: quia etiā carnis colla ferro non subdimus, spiritali tamen gladio carnalia

A desideria in mente trucidamus. Vitam igitur vestram, fratres, moresque componite: is, qui miris resurrexit ex morte, quād districetus in judicio veniet, prævidete. Certè in die tremendi examinis sui cum Angelis, cum Archangelis, cum Thronis & Dominationibus, cum Principatibus & Potestatibus apparebit, cælis ac terris ardentibus, cunctis videlicet elementis in sui obsequij terrore commotis. Hunc ergo tanti favoris judicem ante oculos ponite, hunc venturum timete, ut hunc, cūm venerit, non timidi, sed fecuri videatis. Timendus est enim ne timetur; terror ejus nos ad usum bona operationis exercet, metus illius vitam nostram à pravitate compescat. Mihi, fratres, credite: quia tantò tunc erimus securi de ejus sententia, quantò nunc esse fatigimus suspecti de culpa. Si autem tantā curā permiscerit judicium cuiuslibet potenteris, qui futurus est post hominem vermis, post vermem abjectissimus pulvis, qua intentione cogitandum est, qua formidine providendum tanta judicium majestatis: Hoc ergo, fratres charissimi, tota intentione pertinefecite, hoo apud vos sollicita mente cogitate. Ecce solemnia Dominicæ resurrectionis annuè agimus, sed ita vivendum est nobis, ut ad æternā pervenire festa mereamur. Transcunt enim cuncta, que temporaliter celebrantur, festiva. Curate, qui his solemnitatibus interestis, ne ab æternā solemnitate separamini. Quid prodest interesse festis hominum, si contingat deesse festis Angelorum? Umbra futurae solemnitatis, est solemnitas præsens & temporalis. Idcirco hanc annuè agimus, ut ad illam, quæ non est annua, sed continua, perducamur. Cūm hęc statuto tempore geritur, ad illius desiderium memoria nostra refricatur. Frequentatione ergo gaudijs temporalijs ad æternā gaudia mens incalcat & ferveat; ut ex vereitate laetitia perfruatur in patria, quod de umbra gaudijs meditatur in via, præstante Domino & Redemptore nostro Jesu Christo: *Qui resurgens ex Rom. 6, moruis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, qui cum Deo Patre, & Spiritu sancto in Trinitate perfecta vivit, & regnat Deus per infinita sæculorum sæcula. Amen.*

Finis expositionis in Evang. Ioannis.

INCIPUNT

CAPITVL A DE ACTIBVS

A P O S T O L O R U M .

- 1 Primum quidem sermonem feci de omnibus, ô Theophile, &c. Videntibus illis elevatus est, &c.
- 2 Cumque intuerentur in cibum?
- 3 Iuda possebat agrum de, &c.
- 4 Matthias loco Iude statuitur.
- 5 Factus est repente de calo sonus.
- 6 Replevit totam domum ubi erant.
- 7 Apparuerunt illis dispergitæ lingue.
- E 8 Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cuperunt loqui variis linguis.
- 9 Musto pleni sunt isti.
- 10 Petrus Iudeos increpat.
- 11 Paenitentiam agite.
- 12 De clando, quem Petrus curavit.
- 13 Obedire oportet Deo, &c.
- 14 De sancto Stephano.
- 15 Et testes deposuerunt.
- 16 De Simone mago.
- 17 Pecunia tua tecum sit in perditione.
- 18 Saulus adhuc spirans.

N n n iij